



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Commendantur præcipui Religiosorum Ordines, ad quos in
Septentrionalibus partibus frequentius solent Adolescentes se conferre.
Cap. XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

& dotes superante, ac ob id in eâ perseveraturum se non putet. Vidimus enim delicatissimos adolescentes, & tenerimos, elegisse Ordines asperos, & horridos, & in ijs diutissimè sanos vixisse cum magno divinæ gloriæ incremento eorum solatio ac merito. Vti ego Romæ vidi nepotem Leonis vndecimi Romani Pontificis delicatissimum adolescentulum, vix 14. annos natum, priùs nostram Societatem ingredi volentem, sed ab eâ, ob teneram ætatem (non licet enim per nostras Regulas vllum recipere qui annum ætatis quintum decimum non expleuit) tunc, & ob complexionem valdè debilem, & planè ob corpus macie exhaustum non receptum, PP. Carmelitarum Discalceatorum Ordinem ingressum, diu in illo vixisse sat robustum & valentem, & sanctè ibidem in ætate maturâ obiisse. Item noui in Societate alios, qui dum essent in seculari statu videbantur inepti ad omnia, & rudes, ac veluti stiptes, postea excelluisse ingenio, & doctrinæ ornamentis, & multum saluti aliorum profuisse ac nostro Ordini. Pro qua re notanda est pulchra doctrina à Deo Patre tradita S. Catharinæ Senensi: Ego nunquam in me verè sperantibus in aliquo deficio, sed gratiosè provideo. Et vnde procedit, quod homo quandoque stans in deliciis cum pannis multis, & in magna cura proprii corporis, habendo quotidie cibaria delicata, continuè tamen est infirmitate grauatus. Postquam autem amore mei se contempsit, & amplexatus est voluntariam pauperiam, vnicò sibi vestimento reseruato, ad cooperiendam corporis nuditatem, ipse idem efficitur etiam corpore fortis atque sanus: & non videtur, quod aliquid ei noceat, neque consequitur quòd illi corpori suo detrimentum aliquod inferant frigora, siue calores, vel alia cibaria grossa. Totum hoc à prouidentia mea procedit, quia de illo curam habere cœpi, qui mihi de se totaliter curam commisit, omnino derelinquendo semetipsum. Ergo dilectissima filia, vides aperte in quanta reque consistant hi peramabiles pauperuli mei. Sperent ergo omnes in Deo, qui non derelinquit querentes se, vt ait S. Dauid. Credant Religiosos Ordines maioribus Dei præsidij, quàm sint humana, fulciri. Credant discretos esse Ordinum Præsidēs, qui non onerant magis, quàm ferre possint ij, quos Deus ad Religionem introducit. *Tactent cogitationem suam in Deū, & omnia se posse sperent in eo, & per eum, qui omnes confortat, & qui dicit: iugum suum esse suauē, & onus leuē. Dominus dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ.*

Pl. 147.

240.

gr. 4. col. 11.

Senim etiam in Religione difficultates vsu, & consuetudine superantur. *Consuetudo, inquit S. Ioannes Climacus, plurimum valet, & cuncta ex ea pendunt, eamque sequuntur: omnino longè amplius valet in bonis, cum potentissimum habeat adiutorem Deum.*

Quod si aliqui in Religione non perseverant, id eos non absterreat, sed excitet, vt in Religione viuant iuxta Regulas. Illi enim soli in

Religioso statu non perseverant, qui illius præscripta non seruant, & longè plures sunt qui perseverant quàm qui deficiunt, ex illorum ergo potius numero se fore sperent. Nam vt bene scripsit S. Hieronymus: *Noli respicere Iudam negantem, sed Paulum respicere consistentem. Iacob vidit scalam de terra vsque ad cælum, & ascendentes per eam Angelos, & descendentes, & desuper immitentem Dominum, vt lapsis manus porrigeret, vt ascendentes suo ad laborem prouocaret aspectu, vnde & vocatur locus ipse Bethel, id est, Domus Dei: in qua quotidie ascenditur atque descenditur. Et sancti enim corrumpunt si fuerint negligentes: & peccatores pristinum recipiunt gradum, si sordes stercibus lauerint. Non terreat ergo descendentes, sed prouocet ascendentes. Numquam exemplum à malis sumitur etiam in seculi rebus: semper à meliori parte incitamenta virtutum sunt.*

ep. 34. h. 1.

Gen. 11.

CAPVT DECIMVM NONVM.

Commendantur præcipui Religiosorum Ordines, ad quos in Septentrionalibus partibus frequentius solent adolescentes se conferre.

Vellem habere hoc in loco, in quo hæc scribo, omnes illos libros, qui continent res præclarè gestas, & historias omnium Ordinū, ne vllum præterirem, non commendatum. Omnes enim sunt castra Dei, omnes sunt terrestres cælum, vt appellatur à S. Ioanne Climaco; omnes, vt eos laudat S. Gregorius Nazianzenus, sunt greges Domini primitiæ, columna, & corona fidei, pretiosa margarita, templi illius lapides, cuius fundamentum, & lapis angularis est Christus. Omnes sunt terra Sancta, vt ait B. Laurentius Iustinianus, in quibus puritatis custoditur candor, & quantum fas est, cælestis vita præferuntur insignia. Sed quia talibus libris destitutus sum, nec aliunde in hac Prouincia Bohemiæ, perpetuis bellis ab annis propè triginta exagitatâ, & exhaustâ, eos acquirere possum; illa quæ partim in meis Aduersariis olim descripta inueni, in commendationem aliquorum Ordinum, in his Septentrionalibus Prouinciis frequentiorum, & celebriorum, partim quæ collecta reperi à R. P. F. Elia à S. Teresa Carmelita Discalceato in Legatione Ecclesiæ triūphantis ad militantem pro liberandis animabus Purgatorij, & ante illum à R. P. F. Dominico Grauiua Ordinis Prædicatorum Theologo, lubens in medium adferam; non quidem omnia, quæ de his Sacris Ordinibus dici possent (nam eorum historiam non scribo) sed quæ abundè sufficiant, ad commendandos valdè eos, vt ij, qui à Deo vocantur ad statum Religiosum, vel in genere, vel in particulari ad certum aliquem, tutò possint sua alicui eorum, dare nomina, & in perpetuum diuino obsequio se in illis mancipare, lato ac generoso animo, sine mora, & inutilibus, ac periculosis deliberationi-

241.

gr. 4. col.

11.

or. vit. in

Tulian.

S. de S.

Hugonc.

L. 2. c. 27.

Vox tuæ

2. p. c. 6. &

scqq.

tionibus, eos constanter amplecti, & in illis perseverare.

In primis vniuersè de omnibus Religiosis Ordinibus, Deus Pater, hæc S. Catharina Senenſi reuelauit: Religio est veluti nauicula ſecura, pro recipiendis animabus, que currere volunt ad perfectionem, vt eas tutiſſimè perducatur ad portum æternæ ſalutis. Huius nauicule Patronus, eſt Spiritus Sanctus; Paſtores tenent gubernaculum nauicula. Iſta nauicula diuisa eſt, quia non expedit alicui ſubdito, cogitare de ſuis neceſſitatibus, neque ſpiritualibus, neque temporalibus, quia ſi eſt verus obediens, bene ſibi prouidetur à Spiritu Sancto, Patrono nauicula. Quis dubitare poteſt, ait B. Catharina Bononiensis, Ordinis S. Franciſci, in libello diuinitus ei inſpirato, de ſua ſalute, ſi ſinat vitam in obedientia: (loquitur de Religioſa obedientia) qua ſuo Domino ſimiliorem facit, quàm vlla alia virtus. Itaque qui vult erigere bonum ædiſcium, accipiat illam pro ſuo fundamento, & credat firmiter, ſe melius ſaluandum per illam, quàm per vllam penitentiam, ieiunium, & quamuis contemplationem. Non eſt vlla rationalis creatura, ad eò exigui intellectus, que non debeat agnoſcere, verum Religioſum non poſſe pro Domino ſuo facere rem maiorem, eique magis gratam, quàm dare ſe totam pro eo, relinquendo proprium arbitrium: quia manifeſtum eſt, creaturam, que ſe ſubmittit alius, pro amore ſui creatoris, rem facere maiorem, & plus mereri illa, que ſeruit ei cum arbitrio proprio. Et, ſi Abraham ſuit iuſtificatus, quia obediuit ſolùm Deo, quandò magis iuſtificabitur illa creatura, que pro amore Dei, ſubmittit ſe ad obediendum ſeruo ipſius Dei.

142. Hoc quoque in commendationem omnium Ordinum antiquorum cedit, quod Chriſtus Dominus S. Brigittæ dixit: Omnes regulas, quas amici mei inceperunt, & ipſi perſonaliter tenuerunt, & ſeruaauerunt, alioſque omnes efficaciter docuerunt, & porrexerunt, non fuerunt dictæ & compoſitæ ab illorum intellectu, & humana ſapientia, ſed aſpiratione euſdem Spiritus Sancti. Et Chriſtus Dominus dixit S. Terēſia: Vt mundo ſi non eſſent Religioſi, etiamſi aliqui Ordines laxati ſint. Sanè ſeruatà proportione numeroſorum Ordinum, in quorum aliquibus ſunt plura, quàm centum millia, collatorum cum duodenario numero Apoſtolorum, non inueniuntur tot mali, vti fuit vnus Iudas inter duodecim Apoſtolos. Sicut ergo is nõ derogauit ſanctitati Collegij Apoſtolicæ, ita neq; derogat vita ſcandalòſa pauciorum Religioſorum, collata innumeris eorũ bonis, & Sanctis.

144. Quam ad rem facit reſponſum præclarum S. Auguſtini ſuum monaſterium (& in ſuo, omnia alia monaſteria aliorum Ordinum) defendentis, cum in eo inuenis quidam, crimen intendit ſer Bonifacio Presbytero, quod ab eo de ſtupro fuerit interpellatus, & res propalata eſſet. Ita enim S. Epicoſopus ſuos ſolatur, & reſponſum eſt in decretum. Quantumlibet vigilet diſciplina domus mea, homo ſum, & inter homines viuo, nec

mibi arrogare audeo, vt domus mea melior ſit, quàm arca Noè, vbi tamen inter octo homines, reprobus vnus inuentus eſt: aut melior ſit, quàm domus Abrahæ, vbi dictum eſt: Euce ancillam, & filium eius: aut melior ſit, quàm domus Iſaac, cui de duobus geminis dictum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui: aut melior, quàm Domus ipſius Iacob, vbi lectum patris filius inceſſauit: aut melior ſit, quàm domus ipſius Dauid, cuius filius cum ſore concubuit; cuius alter filius contra patris tam ſanctam manſuetudinem rebellauit: aut melior, quàm cohabitatio Pauli Apoſtoli, qui tametsi inter omnes bonos habitaret, non diceret: Foris pugna, intus timores: nec diceret, cum de ſanctitate, & fide Timothei loqueretur: Neminem habeo qui germanè de vobis ſollicitus ſit. omnes enim, qua ſua ſunt, quarunt, non que Ieſu Chriſti: aut melior, quàm ipſius cohabitatio Domini Chriſti, in qua vndecim boni, per fidem Iudam tolerauerunt: aut melior ſit poſtremò, quàm cælum, vnde Angeli ceciderunt. Et bene S. Hieronymus ait: Paucorum culpa, non præiudicat Religioni.

Sat eſt, quod mali Religioſi ponantur, eticiantur, non ideò Religiones ſunt malæ, etſi malos habeant. In hoc diſſerunt, inquit S. Bonauentura, laudabiles Religiones, & iam dilapſa, non quod nullus peccans in laudabilibus reperiatur, ſed quod nullus impune peccare ſinat, & peccandi aditus præcludatur ſtudioſè, vt boni corrigantur, incorrigibiles eliminentur.

Porro primo loco inter Religioſos Ordines meritò (abſit inuidia) ponendus eſt Carmelitanus Ordo, quem, ſuam originem à S. Elia Propheta ducere, & veteres, & recentiores authores aſſerunt; ſede Apoſtolicà hoc ipſum expreſſè probante. Nam in quodam Officio huius ſacri Ordinis à ſacra Rituum Congregatione Romæ examinato, & autoritate ſedis Apoſtolicæ approbato, hæc habentur: Cum Sacra Pentecoſtes die Apoſtoli cœlitus aſſati, variis linguis loquerentur, viri plurimi, qui veſtigij Sanctorum Prophetarum, Elie, ac Eliſei inſtituerant, & Ioannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti aduentum comparati fuerant, rerum veritate perſpectà, atque probatà, Euangelicam fidem conſeſſum amplexati ſunt, ac peculiari quodam affectu Beatiffimam Virginem (cuius colloquio, & familiaritate feliciter frui potuere) ad eò venerari ceperunt, vt primi omnium in eo Montis Carmeli loco, vbi Elia olim aſcendentem nebulam Virginis typo inſignem conſpexerat, eidem puriſſimæ Virgini ſacellum conſtruxerint. Ad nouum ergo ſacellum quodidie conuenientes, ritibus pijs, precationibus, ac laudibus Beatiffimam Virginem, velut ſingularem Ordinis tutelam, colebant. Quamobrem Fratres de Monte Carmelo, paſſim ab omnibus appellari ceperunt; eumque titulum Summi Pontifices non modo confirmarunt; ſed & indulgentias peculiareſ iis, qui eo titulo vel Ordinem, vel fratres ſingulos nuncuparent, conſeſſere. Nec verò nomen naturam tantùm munificentiſſimæ Virgo tribuit & tutelam, verùm & inſigne ſacri Scapularis, quod Beato Simoni Anglico præbuit, vt cœleſti hac veſte Ordo dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur. Ac

pon. c. 9.
quantum
liber. diſt.
47.

l. adu. Vi-
gilant.

245.
l. de 6. alia,
cap. 3.

246.
Ioseph.
Antiochi.
de per-
fect. milit.
Eccl.
prim. c. 12.
Pillodo-
rus. l. 1.
cap. 2.
Elias in
Legat.
triumph.
Eccl. l. 2.
c. 27. nu.
46. & ſeq.
Vox tur-
tur. Gra-
uinæ pat-
re 2. c. 15.
Thom. à
Ieſu de
ſtat. mon.
p. 1. c. 1. &
ſeq.
Erald. in
Faci. c.
tempor.
A. 1293.
Cathag.
l. 17. bh.
ha. 16.
Iul. in
Commē.
B. V. de
Monte
Carm. in
2. Noct.
de.

demam, cum olim in Europa Ordo esset ignotus, & ob id apud Honorium tertium non pauci pro illius extinctione instarent, adfuit Honorio noctu purissima Virgo Maria, planeque iustus vi institutum, & homines (Carmelitas) benigne complecteretur. Non in hoc tantum seculo Ordinem sibi tam acceptum multis prerogatiuis Beatissima Virgo insigniuit, verum & in alio, (cum vbiq; & potentia, & misericordia plurimum valeat) filios in Scapularis societatem relatos, qui abstinentiam modicam, precesque paucas eis prescriptas frequentarunt, ac pro status sui ratione castitatem coluerunt materno plane affectu, dum igne Purgatorio expiantur, solari, ac in caelestem patriam obtentu suo, quantocius pie creditur, esse. Hæc omnia iudicio sedis Apostolicæ firmata, nemo in dubium reuocare debet. Præsertim, quia Clemens VIII. in Ereptione Congregationis Italicæ, Anno 1600. die 13. Nouemb. in suo diplomate disertè ait, PP. Carmelitas Discalceatos, esse Sanctorum Prophetarum Elia, & Elisei, aliorumque Sanctorum Patrum heredes & restigii insistentes, & primitiuam Regulam à bona mem. Alberto Patriarcha Hierosolymitano ipsi Ordini prescriptam, & à felicitate recordat. Innocentio Papa IV. primâ Septem. anni 1245. confirmatam, tum in Regnis Hispaniarum, tum in Italia diligenter obseruare.

19. Janu.

Eadem autoritate, huic sacro Ordini attribuntur tanquam membra eius, S. Eliseus Propheta, S. Dionysius Papa, ad summum Pontificatum assumptus Valeriano, & Gallieno Imperatoribus; Sabelly heresi emergente, editis à se scriptis, profligatâ illustris, & Pauli Samosatemi heresiarca condemnatione, & duplici pro hac re coacto Antiochia Concilio, clarus, & aliis Ecclesiasticis ordinationibus celebris. Ad hos quoque spectat S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, Cælestini primi Papa in Concilio generali Ephesino Legatus, ad condemnandam Nestorij heresim. Hæc spectat S. Spiridon, Cypri Episcopus, vnus ex iis qui sub Maximino Imperatore, dextro oculo eruto, & sinistro poplite succiso, ad metalla relegati sunt, qui in primo Concilio Nicæno Philosophum Ethnicum religioni Christianæ insultantem, miro prorsus modo deuicit, & ad fidem perduxit, & alia præclara, & mira gesit. Huic Ordini adscribitur S. Hilarion, S. Anastasius Martyr Persa sepultus Roma ad aquas Saluias, qui ante mille iam & centenos aliquot annos vixere, Apostolicâ autoritate declarati sunt, & coluntur vt Religiosi Ordinis Carmelitarum. His annumeratur S. Gerardus Episcopus, & Martyr, S. Thomas, Petrus, & Angelus Martyres, S. Brocardus, S. Serapion Episcopus, & Confessor, S. Andreas Corsinus Episcopus Fesulanus, S. Albertus, alter S. Cyrillus Constantinopolitanus, S. Aueratanus, S. Bertholdus, alter S. Albertus Patriarcha Hierosolymitanus, B. Simon Stock. Et ex Sanctis Virginitus huic Ordini inserte sunt, S. Eugenia Virgo, & Martyr, S. Euphrasia, & S. Euphrosyna, & B. Maria Magdalena de Pazzi, Florentina, ab Urbano Papa 8. Beatarum Virginitum numero adscripta, & in Romano Martyrologio reposita.

21. Oct.

22. Jan.

24. Sept.

6. Mart.

25. Febr.

29. Mart.

8. April.

16. Maij.

13. Mart.

11. Febr.

25. Maij.

I. legat.

u. i. u. m. p.

Hic antiquissimus Ordo, florens prius sub

Elia, & Eliseo Prophetis, deinde statim post Apostolos, Ecl. sub Enoch, vno è septuaginta duobus Christi Domini 1. c. 31. discipulis, aliisque deinceps eximia sanctitatis viris, post 86. 87. & annos circiter quadringentos, à Ioanne Hierosolymorum Patriarcha, antea Carmeli gregario essagitante Caprasio Carmelitâ, institutionem quandam, regulamque accepit, quæ ad aetatem tertiam religiosissimè perducta est. Interea Cosdroa Syriam occupante, Persa defauientes operosa illa, sanctissimaque oria, Carmeli montem vastitate deriuuerunt, sacra latè oratoria, & cellulas depopulati sunt, eremicolas trucidarunt. Et quamuis postea non mediocri per Heraclium pietate instaurata adficia resurgerent, & monachorum coalesceret multitudo, diuorem Saracenorum turbinem vltimâ penè interuentione excepere; vnde multi sub id tempus martyrio Carmelite affecti sunt. Reliqui autem, qui ferrum euaserunt, prædura immanissimorum Arabum subiere tributa, qui illis inibito albo pallio (quod inter eos honorifica esset Satraparum nota) varium iniecere, & eo vsque gestati, dum ab Honorio IV. Summo Pontifice albo iterum donati sunt. Recuperatis autè Hierosolymis anno circiter 1120. Antiochenus Patriarcha, & Apostolica sedis legatus à latere, Almericus restâus Carmelitas Anachoretarum modo seorsim agentes in speluncis, ac cellulis, nondum vnâ viuere asuetos, communi clausit domicilio, & ad vitam transfudit suauiore; & Latinorum compluribus ad hunc Ordinem conuolantibus, Ioannis Regulam, Græcè conscriptam, latine reddidit, ne qua illis obreperet inobseruantia, idiomatis ignoracionem causantibus. Post quinquagesimum annum, quia prolixè multa Ioannes prescriperat, & qua difficultatem ingererent, ab Hierosolymarum Patriarcha Alberto petiere eius temporis Eremite, nouam breuioremque Regulam sibi tradi. Acceperuntque eam ab eo, quæ nunc viget, & numeris omnibus absolutam anno 1171. Lateranensi nedom acto Concilio, à quo postea, & ab Honorio III. suam obtinuit firmitatem, nec absque miraculo. Dubitanti enim Pontifici, an Regulam confirmare deberet, Virgo Deipara per visum astiuit, comnessefaciens, vt concederet, quod à suis filiis Carmelitis postulabatur, & nonnullos, qui petentibus aduersabantur, esse in pœnam mortuos, testata est. Sub hac Alberti Regula, latè Carmelus increuit, cum non tantum ipse mons, verum nec Palaestina sufficeret Collegiis Eremitarum. Sed malitia inhabitantium eas vrbes, coegit ad Europe terras monasticam Palaestina coronam, Carmelitasque migrare, augendos ibi numero maiore, vt Cyrillo diuinitus prænunciatum fuit à Beatissima Virgine Maria. Ita non longo post intervallo aliquot in Cyprum, aliquot in Angliam traicere, in usque prima sunt extructa Carmelitarum cenobia. Mox peruasit in Gallias eadem disciplina per Ludouicum Regem, qui Carmelum inuiserat, paucis è monte in eum finem abductis. Anno itaque 1290. excusso toto Carmelo, & Palaestina, monastica sedes, ab impiissimis Mauris, ad Europe cenobia cammigrare, vbi diu persistit illa Ordinis viuenda atas, quamuis pauca strictius per Albertum prescripta, eaque non multi ponderis, vno, alterone Capite moderari ab Innocentio IV. Summo Pontifice sit postulatam.

sum. Anno demum 1431. collectu in Comitibus fratribus supplicati Summo Pontifici pro noua Regula moderatione decretum est. Quamobrem leniu Institui rigorem Eugenius IV. & in eadem demum mitigatione Carmelita constituit, veluti in quarta antiqua disciplina aetate ac senio. Tandem Deus optimus, qui suorum instar aquila renouat iuuentutem, ad instaurandum Carmeli robur anno 1561. eximiam sanctitate, ac planè celesti sapientiâ Virginem Tereciam, diuino Spiritu afflatam excitauit, qua pristinam Alberti Regulam, primum sibi, mox Virginum cœtib; post etiam uiris strenuè recolendam proposuit; & felicissimè fundatis quàm plurimis in Hispania (non sine magnis persecutionibus) monasteriis, longè, lateque cum magno diuinæ gloriæ incremento propagauit.

Fuit quidem hæc Congregatio aliquamdiu eidem, cum Mitigatis Prouinciali subiecta, postea anno 1580. Philippo II. Rege intercedente, proprium ex Reformata familia Prouincialem habere cepit, sed sub Comuni Generali. Tandem anno 1587. Sixtus V. Philippi Regis deprecatione indulgit ut celebrare Conuentus ex solis Reformati possent, creare Vicarium Generalem, Prouinciasque partiri. Demum anno 1593. generatim vniuerso Ordine congregato, utriusque consensum est in omnimodam Discalceatorum Mitigatorumque segregationem, Clemente VIII. omnia postmodum comprobante ac primum Discalceatus Generalem Prepositum decernente Nicolaum à Iesu Maria. Ac hac ratione Romæ primum, deinde in alijs, Italia, Gallia, Belgij, Polonia, Germaniæ locis, ac Orientali Perlia PP. Discalceatorum domicilia sub eorum Generali Romæ residente fundata sunt, ab Hispanorum iurisdictione seuncta: omnibus tamen priuilegijs & gratijs Carmelitano Ordini, & alijs Ordinibus concessis gaudent, tanquam verè & propriè Carmelita. Vti declarauit Clemens VIII. & Paulus V. Non est necesse hoc loco eorum laudes texere, cum huius Ordinis sanctimonia, moribus horum Religiosorum comprobata, nota sit omnibus. Ob quam meritò Clemens VIII. eos in Persiam mittens anno 1604. Regi Persarum sic inter alia commendauit: Inculum, & rudem illorum vestium ne despicias: nam si vitam & mores inspexeris, experieris, ut in Domino confidimus, sub illo uili asperoque indumento latere quasdam præclaras animi dotes atque virtutes, quibus se Deo & hominibus gratos præbere student: ex eorum colloquijs, & usu frequentis, comperies, ut speramus, quam omni labe immunes, quam à rerum humanarum colluuiæ liberi, quam demique speciosi sint pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona Et Henrico IV. Gallicæ Regi sic eos describit, anno sui Pontificatus quinto: Mirum est, quantum valeant ad pietatem in hominum animis introducendam, ut ipse, qui nihil aliud querunt quàm Dei gloriam, & animarum salutem, summam paupertatem in simplicitate cordis colentes.

Benè commendauit in iis, summam paupertatem, quia ut in alijs literis supra citatis ad Regem Persarum per illos missis scripsit, Pontificatus sui anno 13. Bonorum temporalium (ut illorum quoque viuendi rationem accipias) nec communi quidem nomine proprietatem, aut usum retinet, & quotidianum victum, aliisque ad Ecclesiarum cultum, & usum vita necessaria, ex pia elemosinarum, oblatione, capium, nudis pedibus Apostolorum more soleis videntes, incedunt, vnde Discalceati nuncupantur. &c.

Postea pergit Summus Pontifex in literis ad Regem Gallia: Venerabilis Frater noster Franciscus Cardinalis de Gioysa, qui has literas tibi reddet, vberius adhuc de sanctitate huius Religiosi Ordinis docebit mandato nostro, & ad hoc pium opus efficaciter exhortabitur.

Cum ergo Cardinalis Baronius scribit, sub Alexandro Papa III. Ordinem Religiosorum Carmelitanorum qui in Palestina in ipso Carmelo monte fixere sedes, sumpsisse originem, intelligendus est, de origine primæ propagationis, & dilatationis, non de prima Institutione, nec de primo eius exordio, quod antiquius esse supra vidimus. Et ita tanò modo intelligendus est etiam Cardinalis Bellarminus, cum ait Anno Christi 390. & illis temporibus nomè Carmelitarum Religiosorum fuisse planè inauditum.

Alter Ordo Religiosus in Ecclesia Latina antiquissimus, est S. Augustini, tum Canonicorum Regularium, tum ut vocant, Eremitarum; illi vocantur Clerici, hi Monachi. Et quidem illi ab Apostolis fuere instituti, ac deinde aureâ S. Augustini Regula sublimati. Hoc præter alios auctores graues, ipsemet asserit S. Augustinus: Perueni ad Episcopatum, & idèd nolui habere in ista domo Episcopi, meum monasterium Clericorum. Hæc Clericorum S. Augustini familia, ut asserit Hector Boëtius Deidamus, breuis excreuit, & multarum Abbatiarum fauore Regum, & Principum, nobilitate euasit: innumeri ex ea viri prodire, sanctitate, & doctrinâ, & Prælatu à insignes. Neque in Africa solùm vniuersa, sanctissima hæc Augustiniana familia lateque diffusa est, sed etiam in Europam non multo post tempore palmites suos extendit, in Italia, Hispania, Gallia, Germania, Polonia. Et quidem, ut scribit Genebrardus Anno 498. & Onuphrius anno sequenti, per Pelagium Pontificem, D. Augustini Canonici Regulares in Italiam deducti fuere, & in Lateranensem Aedem breui post fuerunt induciti. Et ut in Breuiario Canonicorum Lateranensium, approbato à Pio V. habetur: Gelasius vnâ cum socijs perbenignè à Leone Papa excepti, atque in Ecclesia Lateranensium collocati, Canonicorum ibi Ordinem, iuxta D. P. N. Augustini Regulam, & saluberrima instituta, instaurare cœperunt, Vbi diutissimè postea floruerunt, & per octingentos annos ibidem persisterunt. Ticinensis in suo propugnaculo Ordinis Canonici dicit: Ex hoc Ordine Canonicorum Regularium 54. Romanos Pontifices, 1567. Cardinales, Beatos sedecim mille ducentos, produisse, & Romanam Ecclesiam quingentis, & amplius annis rexisse. Breue elogium. Sed prolixum totius lau-

Anno 1181.

libr. de Script. Eccl. An 390. Vox rur. 2. p. c. 4. Legat. triumph. Eccl. c. 27. n. 9. Vinc. Bel. Spec. hist. 1. 2. 6. c. 51. Ser. 49. & 50. 1. 7. hist. Scotor.

2. p. hist. 1. 2. c. 1. 2. 3. 14. 22.

laudationis, qua nulli unquam Religioſa Congregationi attributa fuit, eſt ſuffragium.

Legat. tr.
Eccl. l. 2.
c. 27. n. 10.

Accedit ad commendationem huius Ordinis, quod plures, quam quadraginta Ordines ſequantur Regulam S. Auguſtini, vel per ipſos electam, vel per ſummos Pontifices eis traditam: Inter hos ſunt Ordo Equitum Melitenſium, Ordo Premonſtratenſium, Ordo S. Trinitatis, Ordo S. Mariae de Mercede, Ordo S. Dominici, Ordo ſeruorum S. Mariae, Ordo S. Hieronymi, Ordo Ieſuatorum, Ordo miniſtrantium inſirmis, à B. Ioanne Dei inſtitutus, Ordo Clericorum minorum, inſtitutus à R. P. Auguſtino Adornio Genenſi.

Legat. tr.
Eccl. l. 2.
c. 27. n. 51.
52.
l. 3. c. 40.

Ordo quoque Eremitarum, vt vocant, S. Auguſtino Inſtitutori debetur. Hoc ipſe S. Auguſtinus teſtatur. Nam contra Petilianum, ſic ſcribit: Deinde perrexit ore maledico in vituperationem monaſteriorum, & monachorum, arguens etiam me, quod hoc genus vita à me fuerit inſtitutum &c. Quod confirmat ſupra Pſal. 99. & 133. & l. de opere Monach. c. 39. & l. de dono perfeuerantiæ c. 15. Et clariùs ſer. 49. & 50. Et confirmatur à Concilio Aquileſenſi c. 112. & 113. & à lute Canonico, cap. Nolo. 12. q. 1. & cap. certè.

Hic Ordo ſibi vendicat illos celebres viros, Alipium, Eutropium, Paulinum, Poſſidium, Euodum, Fulgentium, Hilarium, Vincentium, Proſperum, nec non Martyres in perſecutione Vandolica, Liberatum, Rogatum, Septimum, Bonifacium, Seruum, Ruſticum, Maximum, & alios inuenios Martyres, S. Nicolaum Tolentinum, qui teſte Eugenio IV. in Concilio Florentino poſt multas difficultates, impetrauit concordiam cum Armenis, & Graecis, & 16. mortuos ad vitam reuocauit. Vt de Recentioribus Sanctis Confefſoribus, & Martyribus nihil dicam, quibus annuerandi ſunt duo Hiſpani Beati, Ioannes à S. Facundo, & B. Thomas de Villanoua Patriarcha Valentinus.

Bull. Ro.
data An.
1496.
apud Mar.
ri. l. de
Orig.
Ord. S.
Auguſt.

Merito ergo Alexander Papa protulit, quod ſacrum Eremitarum Ordinem glorioſus ipſe Doctor egregius, veluti radians ſydus in firmamento Eccleſiae, ad glorioſam Omnipotentis Dei laudem, & ſacroſanctam illuſtrandam Eccleſiam, Schiſmaticorum extirpandas hereſes, ac inſidelium conſutandos errores, Chriſtiana quoque Religionis propagationem, & Chriſti fidelium ſoluendas animas, in agro Dominico plantauit opportunè.

148.
Plac. l. 2.
cap. 22.
or. in laud.
Baſil.

S. Baſilij quoque Religio antiquiſſima eſt, in Graecia primùm, deinde in Italia, Ruſſia, & Lithuania ampliſſimè propagata, & per S. Baſilium certis legibus ſtabilita. Qui, vt ſcribit S. Gregorius Nazanzenus, vt non ſolum ſibi, ſed alijs quoque proficeret, primus canobia excogitauit, nunc quoque illum Monachorum antiquum (Baſilij temporibus antiquiorem, vt ipſemet ſcribit de Aegypto, Palaſtina, Meſopotamia) atque agreſtem, ad Ordinem, ac formulam religioni propiore, redegit. Cum enim animaduertiſſet eos, qui in communi vita, hoc eſt, alijs mixti agunt, etiamſi Monachicam abſtinentiam ſeruent, alijs quidem vitales eſſe, non ita ſibi ipſis,

cum in multis eos malis verſari neceſſe ſit, qua vita quiete omnino perfecta contraria videntur; eos verd, qui in ſolitudine procul ab alijs degunt, firmiores, ſane in propoſito, magiſque Deo coniunctos; aſtamen ſibi tantum vitales, cum rerum experientiam non teneant, nec cum alijs commercium vllam habeant, vtrumque vita genus coniungere conatus eſt. Quam ob rem Monachorum canobia, haud procul ab iſis, qui in hominum ſocietate viuunt, adſicari iuſſit, nec omnino ſeparauit, vt & propinquitate, cum opus charitatis expoſceret, ad eſſe poſſent, diſſiri alioquin proprijs terminis, ne quiete eorum interrumpi per multitudinem poſſet; nec ipſi Monachi a ceteris merito, quod ex impendenda alijs charitate exiſteret, priuarentur; neque rursus eorum actio per tumultus inuilibus eſſiceretur, vel alter alterum inuare hoc modo poſſet, vt Monachorum vita per conuerſationem eorum, qui in communi agunt, fruſtrata fieret. & ipſi à Monachis quietem, ſapientiam, contemplationemque diſerent, quemadmodum terra & mare ſeſe inuicem completuntur, & iuuant.

Inter omnia verò S. Baſilij Monafteria, vitorum, vita integritate, & doctrina inſignium ſeminaria, qua vidi, ſui commendationem merita ex diuturniore conuerſatione, quam cum iſtis Religioſiſſimis Patribus in Lithuania, & Ruſſia habui, duo præ ceteris hoc loco commemorare volo, ſine aliorum præiudicio; Monafterium S. Trinitatis Vilnae, in Lithuaniae Metropoli conſtitutum, & Furoienſe in Ruſſia, miraculis Deiparæ Inclytum, ritum quidem Graecum in Eccleſiaſticis functionibus, & ieiunijs, ac monachicâ diſciplinâ retinentia; ſed cum S. Romana Eccleſia conſtantiffimè vnita, & Romanum Pontificem, tanquam Eccleſiae ſupremum caput, & magiſtrum agnoſcentia. In qua vnione firmiter retinenda, tum alij egregij Antiltites eorum, ac Prælati, vehementiffimè laborarunt annis quàm plurimis; tum maximè Ioſephus Velamin Ruſcki Archiepiſcopus Metropolitanus Riouienſis, Halicienſis, & totius Ruſſiae, nobilitate, virtute, & doctrinâ, ac inſatigabili zelo clariffimus, dignus, quem ſucceſſores, & S. Baſilij alumni, quemadmodum idem S. Baſilij in re ſimili ſcriptum reliquit, vel imaginem quandam viam Diuinae Republicae, ad bonorum operum imitationem propoſitam imitentur. Quod quidem faciunt, & vt deinceps pergant votis omnibus optandum eſt, & omnino ſperandum. Quam laudem meretur etiam tertium horum Religioſiſſimorum Patrum Monafterium Bythinenſe.

Sed ſicut S. Baſilium Oriens, ita Occidens S. Benedictum magnum Religioſae vitæ propagatorem agnoſcit. Conſcripta enim peculiari Regula, quam S. Gregorius Papa merito appellat, diſcretionem præcipuam, ſermone luculentam, ab Anno D. 520. vehementer propagari cœpit hic Ordo, ſumpto initio à Caſſianenſi Monafterio, poſt quod, momento ferè temporis, duodecim Monafteria in Italia fundauit; quin alias etiam Colo-

ep. 1. ad
Gregor.

Theol.

149.
Plac. l. 2.
c. 22. 24.

l. 1. diſt.

ab cap. 36.

Colo-

Colonias duxit in Galliam per S. Maurum, in Siciliam per S. Placidum, & aliò per alios, adeò ubique multiplicatas, vt Trithemius Abbas, nobilis scriptor Benedictinus (qui vixit anno circiter 1480.) de hac sui Ordinis multiplicatione differens, hoc pro argumento affert: Quòd suo tempore in sola Prouincia Moguntina adhuc 124. extarent integre Abbatiæ, præter alias decem iam separatas. Vt ex hac vna Prouincia, reliqua totius Ordinis amplitudo conici possit. Nec mirum; cum idem adiungat, fuisse tempus, cum illa sola familia quindecim mille haberet Abbatiæ, præter Præposituras, & alia minora cœnobiaz, ac Monialium monasteria. Tres Imperatores sacrerimus hic S. Benedicti Ordo, videntur Imperatrices, viginti duos maximos & strenuos Reges, vnam & quadraginta Reginas, infinitos Principes viros ac feminas suis sacratis lacernis atque colobis vestiuit, pepis, que & flammis obnupsit. Vniuersum penè Septentrionem atque adeò plures Europe partes, Evangelicè conclusit. Sicut cœlum Sancti, ita libri & scriptis mundum, Ecclesiam, optimis moribus, variis & perutilibus institutis, abundè repleuit, locupletauit, propagauit.

Nec mirum, adeò breui tempore valde multiplicata esse S. Benedicti Monasteria, quia Regula ipsius sanctissima, digna hac multiplicatione fuit. Tale enim de ea testimonium dedit S. Brigittæ Beatissima Virgo Maria: Benedictus composuit suis Regulam, de Spiritu Dei, per quam multi perfecti sunt facti, sicut Benedictus. Quam multi autem fuerint in hoc Ordine perfecti, tellis est Trithemius, qui scribit, in eo Sanctorum catalogo inferios, tam viros, quam Moniales, quindecim millia sexcentos, & Deum bonis cum Ordinem viris nunquam desuisse in toto. Ferdinandus quoque de Castillo celebris, & syncerus scriptor historię Dominicanæ ait: Canonizatos ex Ordine S. Benedicti, excedere numerum sexdecim millium, & sexcentorum. Fuerunt sacratissimi cœnobij Cassinensis Sancti in numerum Sanctorum relatis (inquit Balduinus locociat.) quinque milia quingenti quinquaginta quinque, idque comprobatum se inuenisse fatetur Cassini, Dominus Arnoldus V. Vion in quodam libro veteri manuscripto camera R. P. Abbatis Cassinensis deputato: in quo sic legitur: Sancti Monachi sub Regula S. P. N. Benedicti, canonizati sunt numero quadraginta quatuor milia & viginti duo: quorum quinque milia, quingenti quinquaginta quinque fuerunt Monachi sacri Monasterij Cassinensis, ibidemque sepulti.

Martyrum numerum sub solo S. Berthario Abbate infinitum esse, & solius Dei notitiâ comprehendendi, testatur auctor vitæ S. Bertharij, & prædictum numerum quinque milia quingenti quinquaginta quinque longè esse supergressum. In Benenonensi cœnobio à Pictis occisi sunt monachi 900. Alij 900. à Danis in Gemeticensi. Mille & amplius iterum à Danis in Angliâ cum S. Leonora abbatisa: Turonis à Normannis 116 Floriaci 60. Messane in Sicilia à piratis, Lerini ab infidelibus, prope Vulturnum à Saracenis, Nonantula ab Hunga-

ris, & in alijs cœnobijs tam virorum quam mulierum, infiniti serè per martyrij gloriam ad cœlum euolarunt. Hoc est beneficium exactè seruata Regula S. Benedicti. Qui cum vitâ functus esset, vt scribant in eius vita duo Romani Pontifices (quæ felicitas alijs Fundatoribus non contigit) latinè Gregorius, Græcè Zacharias, eodem die duobus fratribus, vni in cella commoranti, alteri autem longius posito, reuelatio vnius atque indissimili visionis apparuit. Viderit namque viam stratum pallis Zach. Papa reddit Græcè ἐρημικῶν ἰατρῶν, id est sericeis stragulis, seu pallis, aut tapetibus) atque innumeris coruscant lampadibus, quæ recto Orientis tramite ab eius cella ad cœlum vsque tendebatur. Quibus venerando habitu vir clarus assistens, cuius esset via quam cererent inquisiuit. Illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse ait: Hæc est via, quæ directus Domino cœlum Benedictus ascendit. Hæc via, vt exponit S. Bernardus, hanc visionem referens, significat Formam vitæ Religiosæ. Non dubitent ergo qui ad hanc Religionem vocantur, se seruando hanc Regulam & formam vitæ, peruenturos ad cœlum: quia vt ait S. Orisiesis laudatus à S. Hieronymo: Traditiones Patris nostri, scalas putemus ad cœlorum regna tendentes.

Protulit hic Ordo sacratissimus (incertos namque relinquo) Romanos Pontifices, certos octodecim, Trithemio teste, 24. Genebrardo, aliisque pluribus viginti octo. Cardinales 200. & amplius, vt asserunt Trithemius & M. Ant. Sabellius, & Raphaël Volaterranus, & Genebrardus & alij plurimi. Archiepiscopos 1600. Episcopos 4000. Abbates eruditione & scriptis celebres quindecim millia septingentos.

S. Benedicti propago est Cluniacensium Congregatio, ab Odone Cluniacensi Abbate anno 953. felicissimè fundata, fructiferas arbores protulit, Hymardum, Maiolum, Odilonem sibi inuicem in tempore & sanctitate succedentes. Horum operâ Cluniacense extructum monasterium ait Baronius, extitit alueare, ex quo in diuersa loca progressa sunt examina, tanquam agmina Monachorum, quæ Gallias, & Hispanias & Italiam oppleuere. Tantam in his perfectionem notauit B. Petrus Damianus, vt hæc scripserit: Dum tam districtum, tamque frequentem sanctæ vestra conuersationis Ordinem recolo, non adiuuentionis humanum studium, sed S. Spiritus magisterium esse perpendo. Nam tanta erat in seruandi Ordinis continua uigilate prolixitas, tanta præsertim in Ecclesiasticis officijs protelabatur instantia, vt in ipso Cancris seu Leonis astu, cum longiores sint dies, vix per totum diem vnus saltem vacaret hore dimidium, quo fratribus in Claustro liceat miscere colloquium.

Camaldulensium Religio fundata circa annum D. millesimum à S. Romualdo, qui, vt meritò ait Cardinalis Baronius, vt alter Ioannes Baptistia ex eremo lucerna ardens, & lucens, claros Aegypti Nitrias, atque Thebaidas, Anachoretas fertiles, et anstulit in Italiam, inter quos ipse, vt alter Antonius, serma factus idoneus, eiusmodi vitæ Institutum arri-

1.2. dial. cap. 37.
tr. 4. Bibl. SS. PP. pag. 40. col. 6.
Catal. Script. Eccles. Balduin. præfat. in Reg. S. Benedicti.
Trith. l. 1. c. 5. lib. 4. cap. 21.
Sabel. Enciclad. 8. l. 2. Volat. Anth. l. 2. o. Genebr. l. 3. Chronol. An. 1003. num. 12. epist. ad Cluniac. 250.
251. Plat. l. 1. cap. 34. An. 974. num. 2.

1. de vit. lib. 1. c. 2.
Balduin. præfat. in Reg. S. Benedicti. Arnold. Vion in Lego. Viz.

1. Reuel. cap. 30.

1. de cor. dicitur vix. modis.

1. 1. lib. 1. c. 12. 1.

1. ad egor. col.

49. 1. 1. 2. 1. 4.

1. dial. 3. 36.

pienibus. Vnde factum est. vt admirandis progressibus sanctitatis. ex cenobio ad vitam transiens Anachoreticam. ita secundum in prole Sanctorum fuerit. vt occidentalem Ecclesiam Sanctis repleuerit Anachoretis: quorum aliqui Apostolatum ad gentes meruerunt. & insigni martyrij coronâ decorari. Isti sunt. qui (vt scripsit oculatus testis Eremi Camadulensis descriptior) zelo Religionis Christiane accensi. omnia sua facta. dictaque ad metam vnam. Deum puta ipsum. dirigunt. Isti sunt veri agricola. sine dolo columbinâ simplicitate cum serpentina prudentia imbuti. profunda humilitatis viri. seque tanquam omnium abiectissimos reputantes. conscientia recta. morum vite disciplinâ inclyti. in victu parcissimi. in vestitu candidi puritatem mentis. & corporis denotante. In quibus. tanquam in speculo Crystallino Christiana actiones omnes relucet.

Carthusianorum Ordo. qui XVI. annis præcessit Cisterciensem. multos viros sanctimoniam claros. & Generales. & alios protulit. & semper Deo cordi fuit. Cum adhuc esset tener. in Gratianopolitana Diocesi. vbi natus est. & multa ut fit. instigante demone aduersus illud Institutum vbi que tractarentur. absente præsertim S. Brunone Fundatore. quem Urbani secundi imperium Romæ retinebat. pusillus ille Christi grex. magnâ tempestate iactatus. Itaque cum ex vna parte vitæ austeritas. loci horror. & vastitas. ipsamet insuper paucitas molesta. & odiosa. ex altera interior Dei Spiritus. stellæ Duces. iuris illius consulti Parisiensis tam dirus exitus. alternantes in eorum animis cogitationes efficerent. constitit inter illos vir quidam Venerabilis. caluo capite. crispo capillo. (S. Petrum Apostolum repræsentans) qui omnipotentis Dei nomine polliceretur. sacratissimam Dei Matrem ipsos in loco illo deserto. semper conseruaturam. eisque Aduocatam. & custodem futuram. Quæ quidem quam fideliter promissâ præstiterit. etiam nullo mronente res ipsa declarat. Creuit enim illa Familia splendore sanctitatis. & numero. & nomine magnopere aucta est. De qua S. Antoninus illud elogium protulit. quod vbi multi claustrales nonnihil deflexerant à primæuo Instituto. Carthusia tamen adhuc in suo rigore perseveraret.

Verè de illis dici potest. quod scribit S. Gregorius Nazianzenus: A mundi consortio distracti ac solitudinem amplectentes. Deo viuunt magis. quam ceteri omnes. qui in corporibus versantur. & sui ipsorum tantum ex Dei colloquio fruente. atque hanc duntaxat partem pro mundo habentes. quam in solitudine cognoscunt. Quid plura? A domibus abhorrent. vrbium frequentiam fugiunt. cognatamque celestis sapientia quietem. amplectuntur: partim vt vitium cum corpore constigant. silentium peculiariter sibi vindicant. & garulam linguam quasi vinculis quibusdam astringunt. labiaque silentio comprimunt. illud semper vsurpantes: Dixi custodiam vias meas. vt non delinquam in via mea. Hi. vt alibi ait idem Sanctus. vinculis perpetua clausura preßi. & liberi qui retenti sunt. & teneri

non possunt. quorum nihil in mundo. & quorum omnia mundo superiora sunt. hi inquam. propter mortificationem immortales. propter solutionem Deo coniuncti. ab amore alieni. & diuino libidineque vacuo. amore correpti. quorum Angelici Psalmorum cantus. & pernox statio. & mentis ad Deum excessio. ante mortem in celum se rapientes. qui nullum ascensum. & desicationis modum sibi constituunt: quorum solitudo. & quorum seculi alterius frequentia. quorum lachryma peccati diluuium. & mundi expiamentum.

Hunc sanctissimum Ordinem tanti fecit S.P.N. Ignatius. vt antequam Deo reuelante cognouisset se Societatem Iesu fundaturum. illum ingredi voluerit. & postea fundatâ Societate statuit. ne vlli vnquam liceat è Societate. post vota emissâ. transire ad alium Ordinem. præterquam Carthusienium. nisi de expressâ Præpositi Generalis aut Societatis licentia. quod etiam impetrato Diplomate à Paulo III. Pont. Max. stabiliiuit.

Cisterciensis Ordo sub Regula S. Benedicti. à Fascie. S. viro Roberto circa annum D. 1098. primùm Ord. Cisterciensis. ab Honorio Papa beatificato. deinde à Sede Apostolica (vt ait Chrysofomus Henriquez. Cõgregatonis Hispaniæ Historiographus Generalis) inchoatus. & postea à S. Bernardo illustratus. & propagatus. cooperantibus Sanctis viris Alberico. & Stephano sibi in Abbatiali dignitate successoribus. semper in Ecclesia floruit. eamque viris sanctimonia vitæ præclarissimis repleuit. vt meritò à Gregorio XI. hoc elogium habuerit.

In vestitu deaurato Ecclesie sponse Christi. qua varietate circumdata. sponso suo specioso formâ præ filiis hominum. mirabilis integritate fidei. & soliditate spei. à dextris assistit. Cisterciensis Ordo. diuino mancipatus obsequio. & inter Religiones ceteras. Virgini singularitate deuotionis ascriptus. rutilat charitate. candet castimonia. & pulchritudine conuersationis elucet. Huius Ordinis candidi Nazaraei. dicti videlicet Professores eiusdem sub arcta obseruantie distributione viuentes. in conspectu eorumdem Regis Regum. & Regina Cælestis. phialas odoramentorum plenas. in orationum assiduitate præstant. beneplacitis illorum per opera pietatis inseruiunt.

Meritò Summus Pontifex appellat Cistercienses. candidos Nazaraeos. quia cum antea vterentur nigro habitu. à B. Virgine in album mutatus est. & candidum. Nam S. Alberico secundo Abbate Cisterciensis. eiusque Monachis Laudes. & matutinas horas deuotè canentibus. adfuit Deipara Virgo cælestium Spirituum circumstipata phalange. præferens manibus candidam & nitidissimam cucullam. quam Alberici capiti imposuit. Sed ecce miraculum miraculo exceipitur. Simul enim atque habitus ille albus Alberici capiti impositus est. Monachorum in choro cucullæ colorem mutarunt. & qui antea erant nigri coloris. repente candidissimos. instar niuis. colore sunt infectæ. & statim

Andr. Magno. in Descript. Er. Camal. cap. 13.

252. Plat. l. 1. c. 34. & l. 2. cap. 22. Legar. triumph. Eccl. l. 2. c. 37. d. 11.

z. p. hist. tit. 15. §. 2.

or. in lau. Achian.

ad Hellenium.

Pl. 38. or. 1. in Iulian.

Ribad. Lud. Gont.

Fascie. ff. Ord. Cisterciensis. l. 1. d. 1. c. 2. & d. 1. c. 1. & 2. Legar. triumph. Eccl. l. 2. c. 37. d. 11.

Fascie. Ord. Cisterciensis. d. 1. c. 1. Barnab. de Montaluo hist. Cisterciensis. l. 1. d. 1. c. 1. Manriq. sancto. Cisterciensis. l. 1. d. 1. c. 1. & Lau. Euang. l. 1. d. 1. c. 1. Ioan. Aluarus in Vita S. Bernardi. Ludou. Bernar. Rep. Mo. nat.

ex oculis seruatorum suorum Beatissima Virgo euauit.

De eodem sacro Ordine sic loquitur Clemens Papa IV. Cisterciensis Ordo praelucidus, est fons amenus varietate virtutum, preclarus, munditia puritate pietate patens, indeficiens sanctitate. Horum merito sic excrecere meruit, vt fontis nomen excedens, flumini censatur, cuius processus laudabilis, de virtute in virtutem, vt Deum Deorum in Sion videat, gradientis vniuersalis Ecclesie latificat vnitatem: in qua per morum euidenciam, clara lucis splendorem adeptus, quasi stella matutina, resplendet in medio nebule mundi huius, & in ea splendor emittens radios instar Solis, velut aqua ductus de Paradiso progrediens, in aquas redundat plurimas.

Et Benedictus XI. Sicut stella matutina in medio nebula sacer Cisterciensis Ordo in Ecclesia militante, strenue militat operibus, exemplis, seruideque satagit per sancta conuersationis applausum, & innocentis vite meritum, montana scendere cum Martha, seque per exercitium laudabilium actionum, & pensum pium operum curiosum, Marthe satagentis officium conseruare. Hic nempe Ordo in diuini cultus ministerio sedulus, vt sibi & aliis proficiat ad salutem, in sacra lectione pagine studiosus, vt ad perfectam excellentiam superna cognitionem valeat peruenire: prestans, & promptus in operibus charitatis, vt adimpleat legem Christi. A mari vsque ad mare palmities suos meruit dilatare, quia gradualiter ad virtutum culmina patienter ascendit, & proinde per sacri Pneumatis inflammantis corda debilia fistulas, gratia abundauit.

Quid mirum ergo, quod cum B. Albericus S. Roberti successor, orationi intentus esset, apparuerit ei B. V. Maria, & Ordinis sui propagationem promiserit, & adiecerit: ego Ordinem istum vsque in finem saculi protegam, & defendam. Et cum Innocentius Pontifex Ordinem hunc vellet extinguere, a B. Virgine increpatus audivit: Tu Ordinem Cisterciensem, cuius ego Aduocata sum, destrinere conaris, sed non preualebis. & nisi citius de tuo malo proposito respicias, ego te, & omnem potestatem tuam conteram.

Quid mirum, quod cum hic Ordo sit tam sanctus, cuidam Monacho Cisterciensi ad Celestium choros videndos eleuato, Deipara dixerit: Ita mihi dilecti sunt, qui de Ordine Cisterciensi sunt, vt eos etiam sub vlnis meis soueam. Aperientque pallium suum, quo amicta videbatur, innumerablem multitudinem Monachorum, Conuentorum, & Sanctimonialium illi ostendit.

Pramonstratensium Ordo a S. Norberto Archiepiscopo Magdeburgensi, sub S. Augustini Regula fundatus, valde floret in Ecclesia Dei, & multos protulit SS. Episcopos, Abbates, Confessores, & Martyres, ac Sanctimonialia, & strenue pro Ecclesia Dei, & Sede Apostolica laborauit in occasionibus variis premonstrato sibi coelitus a Beatissima Deipara candido habitu. Ideo merito Adrianus Papa IV. sic eos commendauit. Attendentes, quomodo Religio, & Ordo

vester, cuius nos alumni aliquando fuimus, multa resplendens gloria meritorum, & gratia reuolens sanctitatis, palmities suos a mari vsque ad mare extendit &c. Sicut in humano corpore membra plurima esse dignoscuntur, & alia in maiori honore habentur, quoniam pro excellentia sua dignitate sunt chariora, ita in corpore Christi, quod est Ecclesia, plurimi sunt ad laudem, & honorem Domini congregati, quidam tamen propensius in ipsius laudibus & seruitio commorantes, sicut membra excellentiora in corpore Christi numerantur, & sunt quasi lumina in firmamento caeli, que terrenos illuminant, & ad Christi seruitium proprii vnguenti odore student, alios attentius prouocare. Vos autem Filij in Christo charissimi, quoniam de illorum numero vos esse cognoscimus, sincera affectu diligimus charitatis, & vestris iustis postulationibus gratum volumus exhibere consensum, vt tanto seruentius in Domini vinea laboretis, quando apud Matrem sacrosanctam Romanam Ecclesiam, maiorem gratiam sentieritis inuenisse.

Et Innocentius Papa IV. sic hunc sacrum Ordinem laudat.

Sanè mundo celebris, & supernis grata Civibus, sacra Religio Pramonstratensis Ordinis, a sua plantationis initio, Regis aeterni fuit habitaculum, virtutum splendoribus illustratum, quod semper honore proficiens, & honestate conrescens, generalis Ecclesie decus exultit, & decorem multis modis ampliauit. &c. Ipsa in domo Domini contra tentatoris impetus, & turbinum vitiorum, est quasi turris eburnea, virtutum munita propugnaculis, in qua lectum amena quietus habeat, veri excellentia Salomonis. Et Bonifacius Papa VIII. sic de eo testatur: In Ecclesie firmamento vester Ordo claro nitore coruscans, vniuersalem Domini gregis aulam illuminat, currentibus in stadio rectum iter insinuat, quo ad salutis brauium facilius peruenitur.

Porro Baronius sic de hoc Ordine, & sanctissimo eius Fundatore scribit: Creuit adeo Fratrum numerus, & multiplicati sunt, & in Saxonia, vbi Religio repuerat, & in Sclauonia, vbi nulla erat, radicati fructuoso germine floruerunt, multiplicati sunt, vt quondam Hebraei, freiuuerunt Parthenopolitani, odioque & inuidia aduersus hominem Dei inualescentes, ipse in Deo spem & fiduciam habens, alienas Institutorum Congregationes propagare non cessabat.

Quod etiam post mortem suam S. Norbertus per suae Religionis alumnos fecit. Nam vt scribit celebris scriptor Historiae Ordinis Praedicatorum, Ferdinandus de Castillo, cum Innocentius III. Papa non fecisset S. Dominico petenti, potestatem faciendi nouam Regulam, & nouas Constitutiones cum noua forma viuendi, sed adhortatus fuisset, vt ad suos reuerteretur in Galliam, & vt Religiones a Sede Apostolica approbatas inspiceret, & ab illis sumeret id, quod faceret ad suum intentum, reuersus Tolosam, deliberauit cum sociis, & S. Augustini Regulam elegit, Constitutiones autem, & caeremonias particulares accepit ex Ordine Pramonstratensium.

De Sancto Dominico haec dixit Deus Pater S. 255. Ca-

1. p. hist. S. Domin. l. i. c. 17. Breu. Ro. Malu. in Annal. Dom. Cent. 1. A. 1216.

c. 178. dial. Catharinæ Senensis: Dominicus dilectus filius meus, tuus Pater, ordinauit nauiculam suam (id est Ordinem, quem instituit) ordine perfecto, ut videlicet attenderet. solum ad honorem meum atque salutem animarum cum lumine scientiæ &c. Pro principali obiecto scientiæ lumen assumpsit, ad extirpandum errores, & hereses illo tempore pullulantes. Itaque assumpsit officium vniuersi Filij mei. Et directè videbatur quidam apostolus in mundo, cum tanto lumine veritatis: & verbum meum ibi seminabat, expellendo tenebras, & infundendo lucem. ipse fuit lumen, quod ego mundo gratiosè concessi, mediante gloriosâ Maria. Quare dixi mediante Maria? Quia Maria dedit illi habitum, licet à bonitate mea fuerit hoc officium ipsi Maria concessum. Super qua mensa manducare facit filios suos, cum lumine scientiæ. Procul dubio super mensa sanctæ crucis, super qua cruce posita est mensa sancti desiderij, ubi comeditur cibus animarum ad honorem meum &c. Itaque Perfecti bene stare possunt in ista nauicula. ipse realiter adhesit incarnatæ Veritati meæ, ipsius vestigia virtuosè sequendo. Est itaque laudabili modo (Religio ab eo fundata) larga, totaque iucunda per totum, & in omnibus odorifera. Est enim vnum viridarium optabile in se, & delectabile. Et commendatis eidem, & mirè laudatis SS. Thomâ, & Petro Martyre, concludit: Verè Dominicus, & Franciscus erant duæ columnæ in Ecclesia militante. Franciscus cum paupertate voluntaria, qua sibi propria fuit; Dominicus verò cum scientiâ. Sed non tantum cum scientiâ, quâ per se, & filios suos semper illustrauit S. Ecclesiam, sed etiam sanctimoniâ vitæ adedò ornauit innumeris personis vtriusque sexus; quemadmodum Annales, & Chronica, à viris eximiijs verè, & fideliter scripta, dignissimaque, quæ ab omnibus legantur, testantur. In iis legere licebit eximiorum Sanctorum, ac Beatorum vitas, omni virtutum genere, & admirandorum signorum splendore illustratissimas, Dominici, Antonini, Petri Martyris, Vincentij Ferrerij, Thomæ Aquinatis, Raymondij, Hyacinthi, Alberti Magni, Petri Consalui, Ambrosij Samfedonij, Amaranti, Augustini Dalmaræ, Iacobi Veneti, Ludouici Bertrandi, Catharinæ Senensis, Agnetis Politianæ, Margaritæ de Castello, & Margaritæ Regis Hungariæ filia, & innumerorum Martyrum. Sanè si è S. Dominici Ordine nulla alia derivata fuisset utilitas, quam quod Angelicum Doctorem, S. Thomam Aquinatem, Ecclesiæ dedit, satis abundè S. Ecclesiæ profuisset. Hic enim Ordo, vt ait Clemens Sextus, in horto plantatus Ecclesiæ, ac in germen ineffabilis spiritualis utilitatis succrescens, illum prælucidum ac fructuosum palmitem dedit, videlicet Thomam de Aquino Confessorem, & Doctorem egregium, ex cuius sapientiæ, & doctrinæ scriptis, & traditis, vniuersali Ecclesiæ multiplici vbertatis spiritualis fructum colligens, ipsius odore reficitur incessanter; & idem Ordo, vt spiritualium fructuum vbertatem multisariam multiplicet, non lassatur labore.

lib: Priuilegijmo C. 178. dial. Catharinæ Senensis: Dominicus dilectus filius meus, tuus Pater, ordinauit nauiculam suam (id est Ordinem, quem instituit) ordine perfecto, ut videlicet attenderet. solum ad honorem meum atque salutem animarum cum lumine scientiæ &c. Pro principali obiecto scientiæ lumen assumpsit, ad extirpandum errores, & hereses illo tempore pullulantes. Itaque assumpsit officium vniuersi Filij mei. Et directè videbatur quidam apostolus in mundo, cum tanto lumine veritatis: & verbum meum ibi seminabat, expellendo tenebras, & infundendo lucem. ipse fuit lumen, quod ego mundo gratiosè concessi, mediante gloriosâ Maria. Quare dixi mediante Maria? Quia Maria dedit illi habitum, licet à bonitate mea fuerit hoc officium ipsi Maria concessum. Super qua mensa manducare facit filios suos, cum lumine scientiæ. Procul dubio super mensa sanctæ crucis, super qua cruce posita est mensa sancti desiderij, ubi comeditur cibus animarum ad honorem meum &c. Itaque Perfecti bene stare possunt in ista nauicula. ipse realiter adhesit incarnatæ Veritati meæ, ipsius vestigia virtuosè sequendo. Est itaque laudabili modo (Religio ab eo fundata) larga, totaque iucunda per totum, & in omnibus odorifera. Est enim vnum viridarium optabile in se, & delectabile. Et commendatis eidem, & mirè laudatis SS. Thomâ, & Petro Martyre, concludit: Verè Dominicus, & Franciscus erant duæ columnæ in Ecclesia militante. Franciscus cum paupertate voluntaria, qua sibi propria fuit; Dominicus verò cum scientiâ. Sed non tantum cum scientiâ, quâ per se, & filios suos semper illustrauit S. Ecclesiam, sed etiam sanctimoniâ vitæ adedò ornauit innumeris personis vtriusque sexus; quemadmodum Annales, & Chronica, à viris eximiijs verè, & fideliter scripta, dignissimaque, quæ ab omnibus legantur, testantur. In iis legere licebit eximiorum Sanctorum, ac Beatorum vitas, omni virtutum genere, & admirandorum signorum splendore illustratissimas, Dominici, Antonini, Petri Martyris, Vincentij Ferrerij, Thomæ Aquinatis, Raymondij, Hyacinthi, Alberti Magni, Petri Consalui, Ambrosij Samfedonij, Amaranti, Augustini Dalmaræ, Iacobi Veneti, Ludouici Bertrandi, Catharinæ Senensis, Agnetis Politianæ, Margaritæ de Castello, & Margaritæ Regis Hungariæ filia, & innumerorum Martyrum. Sanè si è S. Dominici Ordine nulla alia derivata fuisset utilitas, quam quod Angelicum Doctorem, S. Thomam Aquinatem, Ecclesiæ dedit, satis abundè S. Ecclesiæ profuisset. Hic enim Ordo, vt ait Clemens Sextus, in horto plantatus Ecclesiæ, ac in germen ineffabilis spiritualis utilitatis succrescens, illum prælucidum ac fructuosum palmitem dedit, videlicet Thomam de Aquino Confessorem, & Doctorem egregium, ex cuius sapientiæ, & doctrinæ scriptis, & traditis, vniuersali Ecclesiæ multiplici vbertatis spiritualis fructum colligens, ipsius odore reficitur incessanter; & idem Ordo, vt spiritualium fructuum vbertatem multisariam multiplicet, non lassatur labore.

Omitto alios illustratissimos ex S. Dominici Familia Doctores, notos toti Ecclesiæ Dei, qui totum orbem terrarum doctrinâ, bibliothecas libris, omni eruditione plenis, tum impressis, tum manuscriptis repleuerunt.

Meritò ergo Alexander Papa IV. hoc elogio honorauit Prædicatorem Ordinem: Cælestis ille Agricola, summus Author fidei, præcipuusque Protector, sacrum Fratrum Prædicatorum Ordinem, quasi lignum fertile in Ecclesiâ Paradiso inseruit, vt delectaret amantate, vbertate satiare, & fructuum suauitate mulceret. Hoc itaque speciosum, secundum, ac dulce lignum, imbre superno irrigatum pulchra plurima, ac dulcia poma profert, quorum odore, ac sapore confortantur, & conualescunt debiles, variisque detenti languoribus liberantur. In hoc vitæ ligno mortales homines carnis infirmitatibus prægrauati, pabulum salutis inveniunt, & internam recipiunt sospitatem. Huius inquam ligni perceptâ fragantiâ vndique ad libamen ipsius concurrunt innumeri professores fidei, qui assidue illo persfruentes, & eius salutaribus fructibus conualescentes, de ipsius prægestata dulcedine ministrant, & ipsi alijs suauia libamenta salutis. Hac est illa generosa plantatio, qua ramos suos vndique expandens flore: plurimos honoris, & honestatis, fructusque vberimos doctrinæ profert: & virtutes, & odorem sanctæ & laudabilis conuersationis, longè, lateque diffundit. Hic est Ordo sacer Prædicatorum honestate floridus, præclarus scientiâ, virtute secundus, à Sede Apostolica meritò approbatus: qui inter alia plantaria Dominica puritate conuersationis, sapientiâ dono, & virtutis merito dignoscitur, specialiter insignitur. Huius sacri, clari, conspicui, & approbati Ordinis Fratres sacrarum literarum studio instanter incumbunt, animarum profectibus, diuinis officiis, & orationibus incessanter intendunt, atque Euangelicæ prædicationi ardentè insistentes, lumen diuinæ doctrinæ vbique per Orbem diffundunt. Hi sunt viri doctrinâ clarissimi, qui contemplationi cælestium seruentèr inuigilant, & pie vitæ studio sine intermissione desudant. Hi sunt viri probati, & plenè in lege Domini eruditi, efficaces quidem in opere, & in prædicatione potentes, quorum labia gratia cælestis edocuit ad propinandam salutem doctrinam alius, & commodum, ac profectum animarum Christi fidelibus exponendum. Vnde vbique per mundum ora ipsorum intonant, velut tubæ, ac in omnem terram exiti sonus prædicationis eorum, & vsque ad fines orbis sua salutifera verba sonant. Hi sunt viri præclari, perspicuè Religione fulgentes, qui tanquam lucientia hydra in Ecclesiâ firmamento suis splendidissimis documentis, viam cælesti vitæ mortalibus insinuam. Hi sunt phiala aurea, plena odoramentis, quæ suâ sacra conuersatione suauiter redolentes, hortantur per hanc alios, & inducunt à somno negligentia celeriter surgere, excussâ prorsus inertia ad opera lucis, & bonitatis, festinanter properare. Hi sunt dilecti Deo, & hominibus, Fratres videlicet Prædicatores, morum honestate conspicui, scientiâ ritibus insignes, quos eterni Patris benignitas, inter plurimas personas diuinis obsequijs deputatis, pro sui nominis attollendâ gloria, & fide-

in Prologo Const. Prædic. Vox Tur. 2. p. c. 11.

fidelium procuranda salute specialiter elegit. Qui suum semper affectum ad amorem celestium dirigentes, virtutem diuini nominis ubique publicant, & pro Christiane Religionis ampliando cultu, vigili attentione laborant. Hi sunt, qui vitam, & merita Beatissimi Pauli contemplantes, gloriantur in sola cruce Domini nostri Iesu Christi, & mundi pompas, ac solatia spernentes, ad solam celestem Patriam, & ad Paradisi delicias rectâ intentione suspirant. Hi sunt, qui propter Deum semetipfos salubriter abnegantes, elegerunt sub arctissima paupertate Deo seruire, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Hi postremò sunt, qui cum omnia terrena propter amorem honorum celestium reliquerint, sobrie, iuste, pie, & castè viuentes, ac exilia vite subsidia mendicantes, Christum pauperem imitantur, perfectionem Evangelicam amplectendo. Vnde clarissime constat, eos in statu perfectionis existere, & per suam Religionis obseruantiam (que quidem ipsius Evangelica perfectionis continet formam) in eterna retributionis premio præcellentem gloriam promereri.

Merito etiam Diuina Maiestas commendare volens omnibus S. Dominici Ordinem, illius excellentiam tum aliis modis supra allatis, tum S. Teresie reuelauit, quæ ut scribit nosser P. Franciscus Ribera, in huius Sanctæ vitæ, vidit quans ante SS. Eucharistiam quendam ex Ordine S. Dominici magnum volumen in manu habentem, quod aperuit, & ad legendum aliquas literas magnas, & intelligibiles inuitauit, quæ hæc exprimebant: videlicet: futuri temporibus hic Ordo florebit, multos habebit Martyres (& nunc habet) eiusdem Ordinis 6. vel 7. vidit, distinctos gladios in manibus habentes: Ex quo intellexit, hos pugiles fidei futuros. Etiam aliàs orans, in spiritu rapta, campum amplissimum vidit, multi præliabantur, & viri eiusdem Ordinis feruenter manus conferebant, vultus eorum miram pulchritudinem, & propemodum ignitam speciem præ se ferebant, multos viros prosternentes, alios occidentes. Intellexit hæc certamen contra hereses susceptum.

Sanè Societas nostra hunc sanctissimum Ordinem Prædicatorum, factò initio à S. Ignatio Fundatore nostro magnopere coluit & amauit, & ad hanc horam colere & amare non cessat, tanquam eum, qui S. Ecclesiam splendissimè illustrauit sanctitatis exemplis, & præclarissimis doctrinis, tot libris eximia eruditione in omni genere scientiarum plenis, Nam S. Ignatius initio suæ conuersionis ad Deum, dum Mantelæ suæ sanctitatis fundamenta iaceret, templum RR. PP. Dominicanorum frequentabat, & non tantum in templo (vti paulò post dicam) miris Dei reuelationibus recreatus fuit, sed etiam cum quadam die indicta supplicatione Religiosum agmen (id est, vt dici solet, Processio) instrueretur, & Ignatius in scalarum gradibus templi Dominicanorum insistsens, Officium B. Virginis recitaret, subitò in Deum ita rapta mens eius est, quasi SS. Trinitatem specie quadam visibili id significante exterius, quod interius, intellectuâli visione, percipiebat, terneret, in eodem templo Missam audiens, dum SS.

corpus D. Iesu post consecrationem eleuaretur populo adorandum, apertissime vidit S. Ignatius augustâ illâ atque tremendâ hostiâ D. Iesum Christum, verum Deum atque hominem verissime contineri.

Neque verò fuit hic finis mirabilium visionum: siquidem rursus per significationes arcanas, & mystica quadam exempla, oblatu est eius menti modus ipse, quem in huius mundi creatione Deus tenuit, quas illustrationes atque doctrinas, vt omnino vires naturales excedunt, sic postea negabat Ignatius posse verbis adumbrari, nedum exprimi.

Multoties etiam & per longum tempus orans, vidit Christum Dominum circiter quadraginta vicibus & Beatissimam Virginem Mariam, quibus visionibus adeo confirmatus fuit in S. fide, vt etiam si nulla extaret Scriptura, nequaquam tamen dubitasset ex iis tantummodo quæ Deo ipso reuelante cognouerat, mortem pro defensione Catholica veritatis oppetere.

Salmantica quoque dum litteris daret operam, quodam Patre Ordinis Prædicatorum (qui in doctissimo illo Diui Stephani conuentu commorabatur.) Confessario vtebatur.

Tanti autem faciebat hunc sanctissimum Prædicatorum Ordinem, vt nequidem rebus bonis & licitis, quæ à nostris hominibus fieri possent, vellet vllam ei offensionis occasionem, nedum causam, præberet. Idèò cum P. Martinus Olaius qui Collegio Romano annos aliquot magna cum laude presuit, excellenti vir ingenio doctrinæ, theses aliquot de more proposuisset, in quibus erat caput de immaculato Conceptu Beata Virginis, licet ea de re Ignatius pro sua egregia in Deum & Virginem pietate minime dubitaret, tamen ne PP. Dominicani, qui ad disputationem inuitabantur, id egrè ferrent, seque nominatim prouocari putarent, eam thesim, induci tollique omnino imperauit.

Placuit Diuine Maiestati hic nostri Fundatoris, erga hanc sanctissimam S. Dominici Familiam affectus, ideoque illum miro beneficio remuneratus est, tum aliis modis, tum quia Anno 1600. tempore Iubilæi sub Clemente octauo Summo Pontifice, operâ & studio Reuerendissimi Patris Io. Mariæ Brasichelenis Magistri sacri Palatii, & R. P. Greg. Seruantij eius locij, (postea ad Episcopatum à Paulo V. euecti) Romæ impressa est & vulgata, in totius Orbis ad S. Ciuitatem concurfu, imago BB. PP. Ignatij & Xauerij, cum titulis Beati, & cum radiis caput cingentibus ac diademate illa illustrante, ac præcipuis miraculis ac gratiis gratis datis, quas ex vitis eorum impressis, & ex Processibus ac scripturis non impressis, Romani Archiuij excerpteram iussu A. R. P. Claudij Aquauiaz nostri Generalis, & illis examinanda dederam, ab iisque & ab alijs, ad quos id spectabat, approbata retuleram, deinde à Francisco Villamena Gregio & tunc temporis primario in Vrbe sculptore, B. Ignatij imaginem, postea alteram eodem anno Iubilæi, B. Francisci Xauerij effigiem à Camillo Cungio Burgenfi incidì curaueram.

Rib. l. 1. cap. 7. Miss. l. 1. cap. 7. Guald. pag. 47. n. 19. Coll. l. 1. n. 47.

Mira visa est tunc res hæc prudentibus, ferum Romanarum peritis, & scientibus magnos eo tempore aduersarios, & valde potentes, Societatem Romæ habuisse. (Sed qui regit humanas voluntates Deus, ita pium studium Religiosissimorum illorum virorum S. Dominici probauit, vt quamuis conatus sit quidam Iudæus baptizatus (postea ad sacerdotium euectus, & factus cuiusdam Vicegerentis, pridem mortui, minister.) laceratâ publicè imagine S. Ignatij, eius in eâ cultum obterere, nil efficere potuerit. Qui tandem post nefanda scelera postea detecta (inter quæ vnum fuit, quoddam Missam dicens) hostiam non consecraret) ad triremes ablegatus est. Nomen eius erat, Ioseph. Contigit hoc Romæ anno 1600. dum ibi essem. Qua in re Cardinalis Baronus, vti aliàs Societati nostræ addictissimus, S. Ignatij causam feliciter defendit, apud Clementem octauum. Post hæc ante aliquot annos scripta, hoc anno mundè descripta, incidi in narrationem historię præclarissimæ, dignæ, quæ à me hoc in loco, in commendationem huius sanctissimi Prædicatorum Ordinis, ponatur. Angebat aliquando hæc cogitatio SS. Patriarcham Dominicum, an suæ institutionis Religiosi, sub Virginis Deiparæ tutela essent, ad eum hoc dubium Virgo, quam vidit pallium nonnihil reagentem, & sub sua umbra, innumerabilem Fratrum suorum multitudinem innumbrantem, in singulos atque vniuersos peculiatem protectionem se habere ostendens isto signo.

De Regula S. Francisci hæc reuelauit S. Brigittæ Christus Dominus: *Francisci Regula, quam ipse incepit, non fuit dictata, & composita ab ipsius humano intellectu & prudentia, sed à me secundum voluntatem meam. Quodlibet enim verbum, quod in ea scriptum est, à Spiritu meo sibi fuit aspiratum, & postea ipse alius Regulam illam protulit, & porrexit. Cui assentioni astipulantur, inquit Wadingus, ex Summis Pontificibus Gregorius IX. Nicolaus III. & IV. Clemens V. Julius II. Et cum hac de re nonnulli S. Francisci socij dubitarent, minorisque, quam par erat, Regulam ab eo traditam facerent, tanquam non diuino, sed humano spiritu exarata, imò S. Francisco cum Fratre Elia resisterent, iterum eis audientibus, Christus Dominus disertè dixit, non à Francisco, sed ab ipso met hanc Regulam esse scriptam, & dictatam, vt fuse narrat Wadingus, post alios accuratissimus scriptor.*

Refert etiam Platus ex Chronico S. Francisci: *Cum is oraret Dominum, suum Ordinem commendans, & maximo animo ferens suorum lapsus, Dominus eum sic allocutus est: Quid turbas Franciscus, cum tuorum Fratrum quispiam vel Ordinem deserit, vel in Ordine scandalum concitat? An sorte existimas ita te Rectorem huius gregis constitutum, vt non me intelligas superiorem eius esse Rectorem? Qui enim plantauit, nisi ego aut quis, prater me, homines ad pos-*

nitentiam vocat, vel vocatis perseverandi vires suppeditat? Ego eos perduxit, ego retinebo, & seruabo: ego illis cadentibus alios erigam, atque substituiam. Quamobrem hoc tibi planè præcipio, ne te in posterum adeo discrucies sed scias hanc à me familiam diligi, ac si vnus ad vomitum redeat, me in eius locum alterum excitaturum, qui illius coronam accipiat, isque si nondum natus fuerit, effecturum, vt nascatur. Quod si tres tantum in eâ permanserim, eo ipso nunquam eam deseram, sed erit hæc semper familia mea.

Quæ cum nullis reductibus certis sustentari ex suo instituto queat, verè et tanquam familiæ suæ dilectissimæ, Deus vbique terrarum annonam abundè suppeditat, vt nemo timere possit in hoc Ordine sibi necessaria defutura: securum enim reddidit hunc sanctissimum Ordinem veritas increata tali promissio, quo S. Francisco pollicitus est, si vna tantum buccella panis foret in toto mundo, mediam partem illius Ordini se daturum. Vt nihil dicam de promissione eiusdem in Euangelio, relicta non tantum pro Religiosis (quanquam pro his maximè) sed pro omnibus alijs. *Nolite solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Respiciite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea. Et Pater vester celestis pascit illa. Numquid vos magis plurum estis illis? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate liliæ agri, quomodo crescant: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis: si autem fennum agri, quod hodie est, & cras in cilicium mittitur, Deus sic vestit, quandè magis vos modica fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum Regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiacentur vobis. In promissis, inquit S. Hieronymus, veritatis nemo dubitet. Si homo (Religiosus) qui esse debet, & mox addentur ei omnia, propter quem facta sunt omnia. Animalia, inquit S. Chryostomus super verba supra citata, in Comfecit Deus propter hominem, hominem propter seipsum. Si ergo animalibus ministrat propter hominem, quomodo hominibus non ministrabit propter seipsum? Et ita etiam Deus Pater S. Catharinæ Senensis hoc ipsum pro Religiosis pronuntiavit: *Ista Religiosis nauicula diues est, quia non expedit alicui subdito cogitare de suis necessarijs, neque spiritualiter neque temporaliter: quia si est verus obediens, bene sibi prouidebitur, à Patrono huius nauicule, videlicet à spiritu sancto. Hæc dixit Deus Pater. Iacta ergo super Dominum curam tuam, ait David, & ipse te enutriet. Non affliget Dominus fame animam iusti, ait Sapiens. Regnantis Dei iustitia, inquit S. Petrus Chrysologus, dominantis studium, & generantis affectio, in serui totam recipit sollicitudinem. Non expectat Deus, ait S. Chryostomus, donec admoceatur à nobis, sed & non petentibus nobis largitur ea, quæ ad vsu pertinent.**

Exotius tom. 13. An. 1219. num. 8. Nou. 4. Sacr. Elec. Exc. 63. num. 612.

256. l. 7. Reu. cap. 20.

Wading. to. 1. Anno 1223. n. 13.

Plat. l. 1. cap. 25. Wading. to. 1. An. 1223. nu. 30. l. 1. c. 33.

Matth. 61. 31. 26. 28.

in Com. meat.

dialog. cap. 15. 8.

Pl. 54. 23. Prouci. 10. 1. Sec. 63.

hom. 54. in Geneb.

Hic

Hic Ordo mirum in modum multiplicatus est. Nam. vt omitam, quòd adhuc tempore S. Francisci, sui Fundatoris, in primo generali conuentu Assisij 5000. Fratrum numerata sunt, & eo ipso tempore 500. adiuncta, postea ad eò excreuit, vt in plures classes diuisus sit, quorum singula, Ordines Religiosos bene magnos representant, tum ij, qui vocantur, de Obseruantia, tum Conuentuales, tum Capucini, tum Reformati Recentiores nostrà memorià ab alijs separati, tum alij tertij Ordinis, vtriusque sexus.

Porro innumeros Sanctos hic facit Ordo, & viros doctissimos, Deo, & S. Ecclesie dedit, quos longum est recensere, & noti sunt omnibus, quorum vitæ copiose, & piè descriptæ sunt, tum à Francisco Gonzaga, tum à Petro Tullignano, tum à Marco Vlyssiponensi, sed omnium accuratissimè ab eximio Theologo, & Historico huius sacri Ordinis R. P. Fran. Luca Wadingo, qui inter alia præclara, quæ de S. Francisco, & eius Familia narrat, hoc singulare pro solatio filiorum eius, & amicorum Ordinis recenset, reuelatum ei esse à Christo D. Quòd sacra eius Religio ad vltimum vsque iudicij diem perseueratura esset: quòd quicumque eam dilexerit, licet maximus peccator existat, Deus ita res eius disponet, vt misericordiam tandem à se in fine consequatur: quòd quisquæ illam persecutus fuerit, nisi penitentiam egerit, hac luce hic minimè fruatur, quòdque nullus eius alumnus, qui in ea malè vixerit, diu in mortali peccato perseuerare poterit: nam vel is proprium crimen confessus emendabitur, vel eo derecto sibi valedicit.

Eadem fide, ac diligentia edidit 2. tomos Annalium P. P. Capucinorum R. P. F. Zacharias Bouerius, dignissimos, qui legantur ab omnibus, tum ad cognoscendam penitentiã tertij huius rami amplissimi, & fecundissimi, ex S. Francisci arbore prodeuntis sanctimoniam, per innumeros huius sacre familie Heroas, & viros vere diuinos testatam, & magna in Ecclesia Dei merita, tum ad morum institutionem præclarissima exempla, & documenta continentes; dignos, qui in omnibus & Ecclesiasticorum, & aliorum bibliothecis reponantur, & crebrò legantur, vt & illi tomi quos R. P. Lucas Wadingus edidit.

Erga hunc quoque sanctissimum Ordinem S. Francisci adeò afficiebatur S. P. Ignatius noster Fundator, vt post institutam Societatem, ordinario Confessario Romæ vteretur F. Theodosio Ordinis minorum de Obseruantia, viro sanctitate ac prudentia singulari, & cum electus esset à Socijs in Præpositum Generalem Societatis, hoc munus diu detrectans, noluit acceptare, donec in cœnobio S. Petri, dicto de Monte aureo, (ad quod per triduum secesserat, orationi sine interpellatoribus vacaturus) ab eodem F. Theodosio, cui totam vitam in confessione aperuerat, iustus esset illud acceptare, & vetitus Spiritui S. resistere, hoc ei munus imponenti.


Adiungam hoc loco præclaram commentationem Ordinum S. Domini & S. Francisci ab Alexandro IV. Pont. Max. transmissam S. Ludouico Regi Galliarum, quem tum propter alia laudat (laudans simul dictos Ordines) tum quod in Aula sua eorum Religiosos haberet, & eorum operà vteretur: quod nunc Societatis nostræ hominibus, inuidens multi, dum eos, inuitos, & talia non procurantes, vident & audiunt in Aulis Regum, imo & summorum Pontificum & Episcoporum ac Procetum versari, & eorum conscientias dirigere, ac Verbum diuinum prædicare. *Est hæc in persona tua vel sydera luminosa resplendens.* (scilicet præclara opera variarum virtutum) est tamen ibi aliud, quod ampliori fulgure rutilat, & sicut luminare maius, & alius profert iubar alia, in se lucentia, quasi Solis innuens maiestatem. Illa videlicet ardens & lucens charitas, qua personas Religiosas, & diuini mancipatas seruitus gratiosè prosequeris, eas tenerè diligendo, fauore muniendo regio, multis beneficijs conseruando, amplectendo libenter conuersationem ipsarum & eas intus familiaritate specialiter retinendo. Inter quas, dilectos filios Fratres Prædicatores & Minores, tanquam perfectos Dei seruos, cultores fidei eruditos, & prudentes ac prouidos consiliarios animarum, tue mansuetudini præcipui amoris vinculo astrinxisti. Certè congruit & expediat, quòd Princeps tam Catholicus familiares habeat ita electos, quod in ipsius munda & nitida Curia, viri sine nota & macula conuerterentur, quòdque Dominus eius generali præmio laudata per Orbem, etiam ex famulorum & ministrorum Domini societate ac præsentia commendetur. Horum namque Fratrum clari Ordines iam dudum à Sede Apostolica, sicut sacri & conspicui approbati, velut eminentia candelabra, & duo magna luminaria in Ecclesia Dei lucent, quoniam ab ijs sanctæ doctrine lumen, vbique per mundum copiosè diffunditur: ab his Euangelium ardentè & efficaciter prædicatur, ab his recta & sana consilia, & exempla salutaria exhibentur. Conuenienter itaque Regia serenitas in tam proborum virorum, & Religiosorum tam illustrium consortio iucundatur: quia ex hoc ipsa, & merito crescit & famà & Principibus alijs ad honestum & bonum materia est & index. De tanta ergo beneuolentia & gratia, quam eisdem Fratribus sincerè ostendis & exhibes, Celsitudinem Tuam multipliciter in Domino commendantes, dignas tibi gratiarum referimus actiones, recognoscentes nos fore tibi de hoc specialius obligatos, quia tu es ipsis in necessitate plenum subsidium; contra molestias tutum presidium: & in aduersitate sui status, solidum fundamentum &c.

Bene ergo faciunt ij, qui cum hos Religiosissimos Ordines Deo & superis & Regibus & bonis omnibus caros, tanto numero ingrediuntur vbique terrarum, Pergant felicissimè, & constanter perseuerent.

Seruita annis fere 18. post S. Dominicum cœpere Florentiæ. Vbi septem homines nobiles, ac locupletes cœlesti voce admoniti, in propinquum montem secesserunt.

Wading.
tom. 1.
Annal.
Francisc.
An. 1256.
p. 32. pag.
140.

257.
Plat. l. 2.
cap. 22.



Legat.
triumph.
Eccl.
l. 2. c. 27.
num. 54.

secesserunt, ubi cum aliquandiu delirassent, ipsa eorum sanctitatis luce se prodente, manifestati sunt mundo. Quamobrem multi ad eos se aggregarunt, & in eam quam videmus, aucti multitudinem, Ecclesiam illustrarunt. Qui inter eos fuerit precipui sanctitate, & miraculis clari, supra 33. numerantur. In primis B. Philippus, eorum Fundator precipuus, ab Apostolica Sede numero Beatorum Confessorum ascriptus, & in Romano Martyrologio repositus, Eminent quoque Iacobus, Ioachimus, Franciscus Senensis, sanctimoniam conspicui. Sed & quinque S. R. E. Cardinales, Episcopi, & Archiepiscopi supra 30.

Seruitarum verò nomen idè ab eis acceptum, quod se B. Virginis, Dei Matris, seruis peculiari ratione esse profiterentur. Et quidem huius rei peculiarem habuere causam. Nam quãdam nocte singulis separatim per quietem apparuisse dicitur Beatissima Virgo Maria, cum magno, & illustri Angelorum exercitu, quæ unâ manu pullam tunicam, alterâ libram apertam teneret, iubens eos deinceps illâ veste uti, & illâ Regulâ, quam S. Augustini esse aiebat. Itaque simul, ac illuxit congregati Patres, alter alteri visionem suam exponentes, cum magno gaudio decreuerunt omnia exequi, quæ celestis Regina præceperat.

Plat. l. 1.
cap. 34.

Anno 1450. Instituit Ordinem Minimorum S. Franciscus de Paula Calaber, vir admirandæ sanctitatis, & miraculorum gratiâ admirandus, prout Bulla Canonizationis eius à Leone X. edita testatur. Ut mirum non sit Ordinem hunc à tanto viro fundatum per Italiam, Hispaniam, & maximè per Galliam esse propagatum, ac nostrâ memoriâ in Bohemiam, & Moraviam penetrasse, & non tantum Confessoribus, sed etiam Martyribus quoque insignibus Dei Ecclesiam illustrasse.

258.

Non decet hoc loco me præterire quãdam pro matris meæ dilectissimæ Societatis nostræ commédatione, eò magis, quod scio eam à multis iniquè profcindi, non tantum ab hæreticis, sed etiam à pseudocatholicis, qui vel impiè viuunt magnis irretiti sceleribus; vel bene viuentes, decepti à maleuolis & inuidis, vel sine iusta causa nobis offensi, totum Ordinem verbo & scripto impetunt, & ad eum aspirantes auertunt.

In primis eos qui Societatem volunt ingredi, contra linguas loquentium iniqua, armare debet, Dei ipsius de Societate iudicium, qui tum aliis modis Societatem nostram sibi valde caram esse & acceptam ostendit, tum quia multos in diuersis prouinciis, & ex diuersis nationibus miraculose impulit ut Societatem Iesu amplecterentur. Sic vocauit Adalbertum Bausch Bohemum, qui cum Anno 1556. extremo, in templo Collegij Pragensis preces ad Deum funderet, Dominus Iesus puer venustissimâ specie in sacrosanctâ Hostia ei apparuit, rogantique, quid ab se vellet, Dominus: Volo ut ibi sis vbis. Quæ Adalbertus de ingrediendâ Societate interpretatus receptusque, diuinum visum non statim, sed paulo post consolaturus propinquos, qui negotium ei successerant, aperuit, vitam

Ord. l. 16.
num. 22.

que in Societate vocationi Diuina consentaneam, vsque ad extremum peregit.

Sic Didacus Sanchez Hispanus, dum ei suadet Gregorius XIII. ut Societati nomen det, dum certis Diuine vocationis indicium desiderat, ad S. Petri templum Romæ se confert, coram SS. Sacramento, & Deum orat, ne se finat incertum habere. Res mira: Alapsa è tabernaculo vox: Ingredere ait Societatem Iesu. Et sic ingressus est: ut scribit Ludoticus de Ponte i. parte Ducis spiritualistr. l. c. 22.

Sic Paulus Caruallus euerfâ nani in Tago Lusitanie fluuii maximo, cum intra aquarum vortices sepultus, iam iam mori videretur, Diuinâ quadam manu, præter omnem spem se trahi, & supra carinam suauiter collocari sensit, inde in corde suo scribi videbatur, Deum velle, ut Societati se traderet pro tanto beneficio: quod exequutus est. Postea magnis penitentis corpus affligens, quotidie non minus quam sex horas orationi tribuens, frequenter visibili apparitione Beatissimæ Virginis recreatus, morte suâ prænunciata, imò ante quindecim annos præcoquua (reperit enim schedium ab eo scriptam anno 1589. Super sunt mihi quindecim anni vita) cum esset ætatis 45. annorum, & quinquennio post aduuxerat: intra decemium moriur. anno 60. ætatis obiit.

Quidam Aduocatus Gallus cum dispendere animi, quodnam vita genus potissimum insisteret, venit in mentem, si Christiane legis præcepta, quibus puerisque traderet fore, ut ipse quoque Dei decentis vocem exaudiret: nec spes eum sefellit. Nam cum ad sumendum Christi corpus accederet, diuinitus est admonitus, Dei mentem & voluntatem hanc esse, ut sese illi in Societate dicaret, quod non ita multo post fecit.

Anno 1591. Manilla in Occidentalis Indiæ Prouincia Mexicana, indicauit Deus duobus viris, esse sibi cura studium Societatis. Vterque enim admonitus somnio est, ut salutem animæ quæreret à medicinâ, quæ à nostris præscripta esset. Eorum alter sic vehementer incitatus est, ut donec cooptaretur in carum nostrum, nunquam fecerit orandi finem. Verum fuisse visum, rebus affirmavit.

Anno 1596. Brune, Adolefcens pietati valde deditus sed à Societatis instituto alienus, dum ipso Natalis Christi perigilio Diuinum illud mysterium secum ipse meditatur, puerumque Iesum in corde suo nasci attemptâ cogitatione postulat, repente interiore quodam motu intelligit, se ab ipso, quem tacitus puerum venerabatur, & ad religiosam vitam, & ad Societatem nostram precipue vocari: a futurum, ut Deus infans intra ipsius animum nasceretur, si eum sensum quem demitti sibi calitus sentiret, mens conceperet. Hanc adolefcenti meum diuinitus immisissam, Diuina bonitas admirabili alio testimonio declarauit. Nihil enim ille cunctatus, celesti monito se præbuit obtemperantem. Sensit id agi illius frater natu maior: eius ut impediret consilium, leucarum octoginta iter ingreditur, in itinere sentit & ipse se moueri diuinitus, quam sit impium Diuina aduersari voluntati, hominesque à Diuino obsequio auocare: hac territus religione, sententiam mutatus: repenteque factâ consilij mutatione, se quartanâ libera-

E. Elias in
Legat.
triumph.
Eccl. l. 1.
c. 31. n. 34.

Ann. lit.
1583 p. 61.

Ann. pag.
723

Ann. pag.
95.

liberatum sensit. quia sex mensibus laborauerat, id ille pro diuino testimonio accepit; quasi Deus illo beneficio declarasset placere sibi eam consilij mutationem, fratremque Adolescentem Diuino sibi suo addidit famulatum.

Confirmat quoque hunc affectum Dei erga Societatem nostram, Iesu beneuolentia quam exhibet nostris post mortem, tum quia omnes qui in eam moriuntur saluantur, tum quia ad cælum deducuntur à Iesu.

Cùm quidam ex sanctissima quadam Religiosorum familia decumberet, vir sanctissimus, & prope iam abesset à morte. esset tamen compos mentis & potens, atque eo loci & temporis, in quo commonstrante Domino, ipsa veritas & videtur clarius & liberius indicatur, curauit vocari ad se Barcinonensis Proregis seu Catalaunae Confessarium. quem vix dum ingressum in conclauem decumbentis, eger ipse magna alacrique voce gratulabundus aggressus est. Felicem te, inquit, o Pater, cui conigit Socium esse eius Ordinis, in quo quicumque decedit, vita fruatur sempiterna. Hec mihi iam nunc Deus ostendit; hec palam nuntiare omnibus mandauit. Harebat hic noster P. Madresius admiratione defixus, cumque tam singulare visum prohibente verecundia non auderet admittere, & parem minimum felicitatem, datam auguraretur ipsius aeri Instituto, & quod erat rigidissima etiam tunc & incorruptissima disciplina, addidit egrotus, dixitque cum gemitu, saluari quidem ex suo Ordine quam plurimos, sed non omnes: ipsius autem Societatis, omnes omnino ac singulos, ad mortem vsque in eam si perseverauerint, esse saluandos.

Reuelatum præterea fuit S. Teresiae, hoc esse hominum Societatis Iesu priuilegium, vt mortuum leuitam, obuius Iesu excipiat. Cuius rei exempla ipsamet, cum esset mente in Deum suspensa non semel vidit. Nam Cordubæ vidit è Purgatorio multas animas euntes ad cælum, quas præibat & ducebat reliquis vna formosior, quam præ omnibus Dominus Iesus inter Angelorum choros factus obuiam, amplexus est in signum beneuolentiae singularis. Erat autem illa anima hoc Christi amplexu honorata, Fratris nostri Coadiutoris temporalis, Aeditui Ecclesiae nostrae Cordubensis: qui annis circiter triginta, hoc perfectus officio, ita sui erat custos, & pietatis religiosa sectator egregius, vt quadringentas amplius virgines (quae ex proposito pio, sunt Diuino cultui, & vocantur deuota) distinguebat omnes audita voce, sed nullam penitus earum de facie nouerat. Porro ob virtutem ac preces huius fratris omnes illas magno numero animas, esse è purgantibus flammis liberatas, ab vna earum S. Teresia interroganti reuelatum est. De alterâ animâ alterius è Societate Fratris, scribit eadem S. Teresia in vitâ suâ c. 40. Se cùm audiret Missam, quam quidam Pater dicebat pro vno Fratre Societatis mortuo, vidisse illum euntem in cælum cum magnâ gloriâ & ex particulari fauore, eum comitari Maiestatem Domini nostri.

B. M. Magdalena de Pazzis Carmelitana mitigata, in quodam rapto vidit Diuinam Maiestatem adeo complacere sibi & delectari in anima S. Ioannis Euangelista, vt quodammodo non videretur habere

alios sanctos in calo: & simili modo videbat Deum delectari in anima B. Ignatii Societatis Iesu Fundatoris: Quocirca dicebat, loquens voce sonora: Spiritus Ioannis, & ille Ignatii, est idem, quia totus est amare, & conducere ad amandum Deum. Et diuinitus tunc intellexit: Ideo Deum delectari & complacere sibi adeo in his duobus Sanctis, quia finis & scopus eorum, erat amor & charitas: & quia per viam amoris & in charitate traherent creaturas ad Deum. Postea in eodem rapto exclamans dixit haec verba: Maxime felix spiritus, qui hodie regnat in terrâ, est ille Ignatii (Italicè, il pius felice spirito, che hoggi regni in terra, è quello d' Ignatio) quia eius filij in conducendis animabus ad Deum, præcipue procurant dare noticiam, quantum opus sit gratum ipsi Deo, & quanti sit momenti, attendere operibus internis, & interne tractare cum Deo: quia hoc exercitium facit, vt cum facilitate res arduas & difficiles, homines amplectantur, propter lumen quod recipit anima à Deo, à quo nascitur amor, qui omnem amaritudinem in dulcedinem conuertit. Præterea videbat ista benedicta anima, quoties filij B. P. Ignatii in terrâ tractabant tali modo animas, toties renouabant Deo complacentiam & delectationem, quam percipiebant in anima B. Ignatii. Dixit etiam existens in eodem rapto: Habet causam iustam noster Pelicanus, id est Mater Priorissa nostra (sic enim eam hac S. Virgo vocabat) letandi & gaudendi, quia peruenit ad hoc tempus tantopere desideratum in quo videntur in Religione nostrâ, puillulare Primitiae spiritus Ignatii. Confessariis enim è Societate illud monasterium sæpe vtitur.

Beatissima quoque Virgo Maria, quam magni faciat Societatem miris modis ostendit. Nam, vt omittam alia exempla, multis, eis manifestè apparens, vel sublimiori adhuc apparitionis gradu, quam sit exterior, suam voluntatem explicans, apertè suasisit, nostram vt ingrederentur Societatem. Hoc modo ad nos tractus est à Deipara, B. Franciscus Borgia, B. Aloisius Gonzaga, B. Stanislaus Kostka, P. Ioannes Nugnez, postea Patriarcha Aethiopiae, P. Martinus Olaius, P. Bartholomæus Bustamantius, P. Petrus de Anasco, P. Bernardinus Realinus, P. Sebastianus Barradius Auctor insignium Commentariorum in Euangelia, P. Alexander Dobokay Vngarus, alter P. Ioannes Nunnus, ex nobilissima in Hispania Gufmanorum Familia: vt omittam alios, quos ipse noui, minus celebres & minus notos. Ad hunc Deiparæ fauorem pertinet, materna sollicitudo, quâ quosdam è nostris, post ingressum in Societatem, in vocatione vacillantes, mirabiliter retinuit. Vnum tantum breuitatis causa adferam exemplum, quod etiam recenset R. P. F. Elias à S. Teresia Carmelita Discalceatus (benè meritis de animabus Purgatorij, & de omnibus Religiosis Ordinibus, quos sine inuidia copiose commendat) in Legatione Ecclesiae Triumphantis lib. 2. cap. 31. numero 43. Quidam Ioannes Baptista, in Societate bimestri spatio fuerat, cùm à graui quadam

Florenti-
ni serua-
tur.

ten-

Imago
p. 11. c.
Soc. p. 25
416.

Imago
p. 11. c.
Soc. p. 25
416.

Imago
p. 11. c.
Soc. p. 25
416.

Lib. Reu.
B. M. Ma-
g. Archi-
u. o. m. o.
u. l. l. i. j.

rentatione ferè superabatur, adeo. vt de abitu è Societate intra semet cogitationes volueret : Et ecce vidit Beatissimam Virginem Mariam, & ab vno latere adstantem sibi habere S. Petrum, ab altero S. Barbaram. B. Virgo cum solabatur, & robur addebat. & vt vita sue conditioni acquiesceret, exhortabatur (Coadiutor enim erat temporalis, ad domestica obsequia receptus) & vt in ea perseveraret commonebat, aeternam quippe salutem in ea consecuturum. Quà visione erectus, firmiter in eà vocatione persistit, & alias grauiores visibiles diaboli tentationes superauit. Hoc quoque peculiaris Deiparæ erga Societatem Iesu amoris insignis argumentum est, demonstratum R. Martino Gutierrez Hispano, Virò vobis sancto, cuius mortui in carcere Gallico (sive quem ab Hæreticis Gallis coniectus fuerat) animam, S. Teresa vidit, cum Aureola Martyrij calypso mirantem. Apparuit enim illi Virgo Sanctissima, eximiam admodum specie micans, veste in magnam latitudinem expansa, ac sub ea veste Societatem totam collectam continente, quam illa materno affectu complectebatur, eoque quasi charitatis ac gratiæ tegumento consuebat.

Vit. P. Suar. Pla. debo. ff. rel. l. i. cap. 34.

Sacch. l. p. Aon. Soc. l. i. n. 64. 65. Io. Ant. Valtr. in Hist. M. S.

Quanti autem faciat Beatissima Virgo Maria vocationem ad Societatem, & in eà castè viuendi, ac ad mortem perseverandi sollicitudinem, apparuit in P. Iacobo Ledesina, qui cum esset ad Societatem vocatus, viuente S. Ignatio & Romam proficisceretur, illic suum Tyrocinium inchoaturus, & de seruanda castimonia ac vitâ in Societate finiendâ, esset sollicitus, post visum Christum Dominum, qui ei apparens, sanctissimoque suo ore, illum, illum consolans, a quo animo esse iusserat, daturumque se illi vt castè, & vsque ad extremum spiritum in Societate perseveraret, promiserat: adfuit quoque alio tempore & loco, Virgo Deipara, cum tribus comitibus, Maria Magdalena, Catharina Virg. & Mart. & Catharina Senensib., ac dulcissimè eum affata, non modò pudicitiam & perseverantiam in Societate pollicita est, sed etiam cursus ad vitâ finem se ei apparituram: tumque intellecturum, sibi vera pollicitam, quamque excellens donum sit, cordis corporisque munditiâ, & quantum beneficium sit, vocatione ad Societatem & perseverantia in illâ.

Ann. pag. 265. Imag. pr. fec. Soc. l. 2. cap. 9. pag. 236. Io. Bonif. in histor. Virg. l. 4. cap. 14.

Cœlitum quoque fauores erga Societatem Iesu & res eius, ostendunt præstantiam huius Instituti. Vnum & alterum exemplum adferam. Anno 1589. Parisiis Adolescens per resus vitæ prioris, cum meliorem insitisset, nocte quadam, qua secuta erat diem Dominicum, audit vocem hortantis ad perseverantiam: octiduo post, admonito similiter & querenti quis esset, qui loqueretur, responsum est, cognomine esse ipsius Ioannem Euangelistam: additum, an hunc vel illum Ordinem amplecti vellent, duo nominati de religione fortasse deliberabat Adolescens: qui & dixit, sciam quod Deus imperabat: tertio die Dominico, nocturno item tempore, quasi ex compacto, redit eadem vox stimulos addens iuveni, atque exhortans vt reli-

giosam vitam magno animo capebat: interea in manu dat illi schedulam: sunt istic nomina trium Religionum: opta quam voles, ego amplius non reuertar. Ita relictus Ioannes plenus admirationis & metus. In schedulâ erant trium ordinum nomina: & duos quidem argenteæ literæ nostrum (is erat tertius) aureæ exprimebant, quem & sequi constituit.

Huc spectat & vocatione P. Ioannis Ferdinandi, celeberrimi sacrarum literarum in Romano Collegio & in Hispania Professoris, ac Apostolici concionatoris, qui cum primos emensus annos pueritiæ, à Patre, cui vnicus erat, à studiis humanitatis ad mercaturam vocaretur, cum matris amore studiorum, Toleti in suâ patriâ ante imaginem Beatissimæ Virginis Iesus in precibus à celesti Matre flagitaret, ne rei augenda causâ à literarum studio auelleretur. Aliquando persisteret in precibus, cum leui somno occupatus, sibi visus est audire Diuinam Matrem, & ipsâ imagine loquentem, sibi que perennem, quem petebat, studiorum cursum pollicentem, in super Societatis Iesu alumnus futurum prædicere, à quâ tamen voluntate erat ille in presens alienus. Exprectus, magnâ conceptâ animo lætitiâ, sanctissimæ Matri perpetuam Virginitatem vouit, quam ad finem vsque & corpore & animo seruauit. Ita progressus in studiis duodeuagesimo etatis anno in Societatem est admissus, statoque tempore inchoata studia absoluit. Quadraginta annos in Societate egit, vix doctrinâ eximius, illustre religionis exemplum & odore sanctitatis inprimis clarus. Reperitur est post mortem eius commentariolus, cuius summa Meditationum indicans ab anno eius seculi octogesimo septimo ad nonagesimum: in eo est B. P. N. Ignatium ubi ei se visendum præbuit: Angelorum choros, quorum etiam adscripti cantus: tum Beatissimæ Virg. cum sancto celestium Virginitatis comitatus: sanctum quoque Mauritium cum sociis illi sese ostendisse. Inter alia enim pietatis opera in Belgio operam in castris catholicis militibus præstitit, miraculose nò semel à morte præseruatus.

Annus 1595. pag. 601. 604.

Quam verò gratum acceptumque sit Cœlitibus, quotidianum in Societate Matutina meditationis obsequium, à S. Ignatio præscriptum, hinc quoque apparet. Receptus in Societatem fuit, viuente Ignatio Ioannes Carrera, vix annos ingressus adolescentiæ, qui cum se totum contulisset ad exercitacionem, disciplinamque virtutum, tantam cum suo Custode Angelo familiaritatem contraxit, vt velut intimo cum amico sua consilia sermoneque conferret: sape ad eum de suis rebus dubiis arduisque, referret, sape interrogaret exquireretque, consilium: viciis quoque, et Angelus ad omnia notâ hisce vicitatibusque vocibus, responderet. Denique tam familiariter fuit vsu Angelo suo coniunctus, vt ab eo quotidie horis antelucanis ad orationem excitaretur è somno.

Orland. l. 1. n. 66.

Hoc quoque aspirantes ad Societatem Iesu solari debet, & ad eam amplectendam sine morâ impellere, quod valde amata sit, & magnè estimata ab omnibus, vtriusque sexus personis, eximiam vitæ sanctitatis & miraculorum gloriâ celebrerimus, qui hucusque in Ecclesiâ Dei à fundatâ Societate floruerunt, quorum aliqui in San-

San-

Sanctorum Catalogum & Beatorum à Sede Apostolicâ adscripti sunt, alij, vt fama est, adscribentur.

Primo loco recensendus est, magnum S. Ecclesie lumen S. Carolus Boromæus Cardinalis & Archiepiscopus Mediolanensis, qui (vt S. Gregorius Papa S. Benedictum commendat, omnium Religiosorum in Occidente Patriarcham l. 2. dial. c. 8.) *vnus Dei Spiritum habuit, & spiritu iustorum omnium plenus fuit.* Hic tantus vir per Exercitia S. P. N. Ignatij ad eximiam vitæ sanctitatem euectus est, qua quotannis, bis faciebat, & ea immèdiatè ante mortem repetiit, & in omnibus ministerijs Ecclesie sua vtebatur opera Patrum Societatis Iesu, tanquam eorum, qui, (vt loquitur Giussanus scriptor vltimus vitæ eius Romæ, & Venetijs & Brixia, statim post eius Canonizationem impressa) *pleni charitate & spiritu Diuino, multaque doctrinâ & prudentiâ ornat, erant efficaces, & feruentissimi in concionibus, diligenter & assidui in Confessionibus, & in omni ministerio Ecclesiastico. Semper vsus est opera Patrum Societatis nostræ pro sua & suorum directione, tum domi, tum in itineribus, & nunquam voluit facere Exercitia nostra Spiritualia, sine directione alicuius Patris Spiritualis & Societatis nostræ. In vltimis quoque horis vitæ suæ qualibet in re exquirebat consilium P. Francisci Adorni, & dependebat in omnibus ab obedientiâ eius, tanquam Patris sui Spiritualis & Confessarij, qui etiam morienti S. Cardinali assistit. Christi Crucifixi effigiem in manu tenens, & res Diuinas in memoriam reuocans. Cui etiam paulo post mortem & huic Giussano gloriosus apparuit, & futura prædixit, certo eueniu comprobata. Et viuens, nostram Societatem Mediolanum introduxit, Collegium nostrum ibidem & Domum Professorum, & Arona nunciatum nobis fundauit, & auctor fuit, vt in Heluetia sua iurisdictionis subiectâ, duo Collegia nostrâ fundarentur.*

Simili affectu profectus est Societatem B. Thomas de Villanoua Patriarcha & Archiepiscopus Valentinus ex Ordine S. Augustini, B. Ludouicus Bertrandus & Ioannes Micon, & Alexander Capochius ex ordine S. Dominici, B. Petrus de Alcantara, B. Paschalis Baylon, B. Felix ex Ordine S. Francisci, B. Caietanus Thyennæus Fundator Ordinis Clericorum Regularium, vt vocant, Theatinorum, & eius socij; B. Iosaphat Archiepiscopus Polocensis Martyr declaratus ab Urbano octauo (vt alij à Paulo quinto Beatificati) qui eum pro bono Catholico non habebat, qui Societatem Iesu non amaret, & putabat eos non esse ex prædestinatorum numero, qui malè de nostrâ Societate loquerentur.

His annumerandus est magnus nostræ Societatis amicus Petrus Nicolaus Factorius Hispanus Ordinis S. Francisci, magnis miraculis clarissimus, & Alexander Saulius Episcopus, ex Congregatione S. Pauli, vulgò Barnabitarum dicta, & Camillus de Lellis, mihi benè notus, Fundator Ordinis Clericorum ministrantium

infirmis, & Franciscus de Sales Episcopus Geneuensis, & Hippolytus Galatinus Florentiæ celeberrimus, qui ab adolescentiâ suâ ac deinceps suæ conscientiæ directores Patres nostros adhibuit, & iis plurimum se debere prædicabat, & Iacobus Candidus in vitâ & post mortem gratiarum gratis datarum famâ illustis, & Ioannes Baptista Vitellius Fulginij gloriosè mortuus, vir sanctus. Qui omnes vt in Beatorum referantur, à Sede Apostolica, Catalogum, procuratur.

Ex deuoto quoque famineo sexu quotquot fuerunt post fundatam Societatem eximîa sanctitate præditæ, à Sede Apostolicâ in Beatorum relatæ numerum, vsque ad inuidiam Societatis Iesu æmulorum eam honorarunt, amarunt, laudarunt, prædicarunt, verbo & scripto. Prima est S. Teresia Virgo & incruenta Martyr, ob ea quæ passâ est immeritò, etiam bonis vitis, & Confessarijs, Virgo sanctissima & sapientissima, Mater tot Sanctarum animarum. Per hanc Deus Societatem nostram (vt ita dicam) canonizauit, non tantùm reuelans ei multa de bono statu Societatis eius tempore viuents, sed etiam de futuro, ob quæ, & ob conuersationem cum nostris summè illam venerabatur, amabat, & colebat, & pro suæ animæ & conscientiæ directione Patrum nostræ Societatis operâ vtebatur. Habuit enim tredecim ad minimum Confessarios & Patres Spirituales nostræ Societatis, in eius Vita sæpè impressâ nominatos.

Hæc ergo, quæ, celestis doctrinæ pabulum in S. Ecclesiâ reliquit (vt ait Urbanus VIII. in oratione concessâ de illâ pro SS. Missæ officio) hæc inquam de nostrâ Societate manu propriâ scripta reliquit. Quæ, etsi Antonius Kerbekius in latinâ versione Vitæ S. Teresie edita Moguntia, Anno 1603, typis Ioannis Albini, omisit datâ operâ, ego tamen ea in omnibus exemplaribus Italicè & Hispanicè antehac editis, & tum Romæ bis, tum Neapoli & alibi impressis, à me accuratè sepius perlectis, ita, vt hic Latinè ad verbum reddidi, & transcripsi. Sed & in Vitâ eius latinè reddita à Matthia Martinez Colonia: A. 1626. impressâ, quædam recensentur cap. vicesimo tertio vitæ à se propriâ manu scriptæ (vt omitam alia) sic scripsit: *Fuit propter bonum maius meum, vt ego cognoscerem, & tractarem cum gente aded sancta, qualis est Societas Iesu. Et ca. 24. eiusdem vitæ, de nostris ita scribit. Habibatam prope illos, gaudens valdè quod tractarem frequenter cum illis: quia tantum cognoscendo sanctitatem illorum conuersationis, erat magnus profectus, quem anima mea sentiebat. Et inter alios profectus, fuit hic, quod à nostris Patribus edocta fuerit de vitandis quibusdam peccatis, quæ quidam rudes Confessarij illius dicebant, non esse peccata. Quâ de re sic illa scripsit manu propriâ in vitâ suâ. c. 5. Mansi in hac cecitate plusquam septemdecim annis, donec quidam Pater S. Dominici valdè doctus, mihi aperuit oculos*

102a. pet.
Glossin.
in Vita S.
Caroli.
l. 1. c. 11. 2.
c. 18. & 7.
l. 7. c. 11.
8. c. 1.
& 3. l. 2.
ca. 19. l. 3.
cap. 1. l. 6.
c. 11. c. 1.
16. l. 7. c. 1.
16. l. 14.

Oh. l. 1. r.
num. 78.
l. 1. 14.
num. 71.

Procellus
procius
Canonii
22.

oculos in aliquibus rebus : & illi ex Societate Iesu totaliter mihi inuaserunt tantum timorem , aggranando mea ad eò mala principia , sicut postea dicam &c. Et cap. 28. Cum venissent huc Patres Societatis Iesu , quibus ego , non cognoscendo illum illorum , etiam multum addicta quia sciebam modum ipsorum viuendi & orandi : sed non me inueniebam dignam loquendi cum illis , nec forem ad obediendum illis. Et infra : Affligebat quòd domestici me viderent tractantem eum personis ad eò sanctis : vi erant illa ex Societate Iesu. Et in fine eiusdem capituli sic loquitur : Benedictus sit Dominus , qui mihi confessoris meis obediendi , tamen si imperfectè gratiam dedit. Et hi per se semper fuerunt benedictis illis Patribus Societatis Iesu , esto eis sicut iam dixi , imperfectè admodum obsecuta sum. Quare factum est , vt notabiliter melior anima mea status redditus sit , vt iam referam.

Sed magis expressit hæc Sanctissima Virgo profectum , quem percepit ex spirituali Patrum Societatis Iesu institutione , ipsa , & eius filia , in epistolâ quam scripsit Anno 1568. 28. Julij ad Christophorum Rodriguez Fundatorè Claustrij Virginum Discalceatarum : *Homines*, inquit, *Societatis Iesu sunt mei Patres*, quibus post Deum debet anima mea bonum omne , si quod habet. Et paulò post de iisdem sic scribit : *Equidem gratias ago Deo* , quòd eorum qui me genuere Patrum Spiritus , mea in canobia ab iisdem transfusa sit. Filiabus tuis afficior ex eo , quòd intelligam eas cum Patribus istis agere solitas , nec enim queuis spirituales licet sint , illud conueniunt nostro Instituto , nisi quibus illi à confessionibus sunt , quales sunt prope modum omnes Monasteriorum nostrorum alumna : neque memini vllam recepisse me , quæ non esset illorum filia , quandoquidem ea præsertim nobis apte sint. Imò multis post suam mortem annis S. Teresia , hunc erga Societatem affectum declarauit. Nam eam apparuisset cuidam famule Dei , S. Teresia valde deuote , probata virtutis & fidei , volens ipsam in quadam afflictione magnâ solari , inter alia multa hæc ei dixit : *Et ego sum filia Societatis : habui in eâ Confessarium , quem nunc in celo cognosco & veneror. Quòd intellexit de P. Baltazare Aluarez : nam etsi alios quoque multos ex Societate Confessarios habuerit , hic tamen diuturnior fuit , ipsamque à calumniis multorum defendit , & magnâ curâ præ aliis inuit , ad præcessa sua desideria executioni mandanda : & quem dum videret , illa Deo reuelante fore saluum cognouit , locumque præstantem in celo ei preparatum vidit , & adiecit , quòd ille tunc in terrâ esset , ad eò in excelsis perfectionis gradu constitutus , vt eo tempore nullus esset in aliore , & quòd ipse P. Aluarez excederet in perfectione omnes tunc in terrâ existentes. Quo tempore plurimi erant insignis sanctitatis in Ecclesiâ , & in ipsâ Societate , & extra illam : Ex quibus tres iam sunt Canonizati , & plures à Sede Apostolicâ in Beatorum numerum relati. Porrò , & hiantans ipsius Dei iudicio vitæ , antequam Societatem nostram esset ingressus , cupiebat sanctum Carthusianum Institutum amplecti , & totum se tradere vitæ contempla-*

tiuæ : sed postea mutato consilio , Societatem nostram ingressus est , suauis cuiusdam Prælati cognati. Quòd beneficium ille tanti fecit , vt post transactos multos in Societate annos , eum vidisset eam (vt ille dicebat Prælatum) magnâ sanctitate & Spiritus eminentem seruore , in quodam itinere , decem milliariibus deflexerit è via , illi vt ageret gratias , pro salutari consilio sibi olim de ineunda Societate dato.

His Societatis laudibus nõ contentus Deus , per suam dilectam Sponsam propalatis , voluit etiam hoc ab eâ scribi , vitæ cap. 41. Vidit enim in quodam raptu de aliquibus nostræ Societatis hominibus , & de toto Ordine nostro , res magnas , quas statim sic explicat : *Vidi illos aliquoties in celo cum vestibus albis in manu. Vidi & alias res similes , magna admirationis : propter quæ , habeo dictum Ordinem in magnâ veneratione. Quia longo tempore sum conuersata cum illis , & video vitam illorum conformem ei quam Dominus de ipsis mihi monstrauit. Sed etsi in vitâ impressâ S. Teresia , non sit expressum nomen Societatis Iesu , est tamen ab illâ propriâ manu scriptum in Originali , vt & hoc quod subiungo.*

In eodem cap. 40. hoc quoque scripsit manu suâ : *Manens quadam vice in oratione , cum magnâ recollectione , suauitate , & quiete , videbar esse circumdata ab Angelis , & valde vicina Deo , captorare suam Maiestatem pro Ecclesiâ : fuit mihi indicatus magnus profectus , quem debebat facere Societas Iesu temporibus vltimis , & fortitudo , cum quâ debebat sustentare fidem ; si verò ipsa sciret , quas hi futurus sacculus Ecclesiæ laborantis modò suffragari sint lauri :*

Huc spectat reuelatio facta nobilissimæ & sanctissimæ Virgini Neapolitanæ Ioannæ ab Alexandro filia spirituali nostri R. P. Mutij , nunc Præpositi Generalis , antea Confessarij & Patris Spirituales huius Virginis , dum esset Rector Neapolitani Collegij. Hæc Virgo cum in sacello Crucifixi in veteri templo primi Collegij Neapolitani , Societatem Christo Domino Relati commendaret , Christus Dominus post alia illi monstrata in fauorem Societatis hæc addidit : *Scias filia mea , mihi esse gratissimum hoc quòd à me petis : & desidero , vt omnes hos Patres , ament , & auxilia spiritualia apud illos quarant : quia est mea Societas , & illam tenes semper intra cor meum : & non possum ferre , vt in eâ sit , qui habeat notabiles defectus , & ideo volo vt subidimitur ex meâ Societate : & hoc permitto aliquando pro bono eorum qui remanent.*

Denique hoc quoque aspirantes ad Societatem excitare debet ad exequendam hanc Dei vocationem , quòd S. Philippus Nerius , Fundator Congregationis Oratorij , vit Apostolicus , magnorum Sanctorum gloriâ sublimatus , antequam piissimam Congregationem Oratorij Romæ instituisset , à S. P. Ignatio nostro Fundatore admitti ad Societatem nostram petiit ; ex cuius facie splendoris radios cælestes emicare saepe

Imago
pri. fec.
Soc. l. f. c.
1. pa. 67 f.
And. Luc.
l. f. c. 26.
vitæ S.
Ignar.

Ludo. de
Ponte in
Vita P. Al-
uar. c. 58.
S. l. p. 607.

Ibid. e. 11.
S. 2. pag.
124. &
125.

Ribera
l. 4. cap. 5.

Bacci.
Vita S.
l. 1. cap.
m. 11. C.
lon. A.
1547.
Aug.
m. 1. C.
Secti.
hitor.

Luc.

de in
conf.

hom.
vitæ &

Ludou.
Manf.
Prouinc.
Neapol.

saepe conspexit, in testimonium sanctitatis P.N. Ignatii. Sed S.P.N. Ignatius certis ob causas eum ad Societatem admittere noluit. Hoc ipsemet S. Philippus Neriis sincerè, uti solebat vir candidissimus, narrauit nostro R.P. Roberto Bellarmino, postea ad Cardinalatum promotus, & R.P. Mutio Vitellesco moderno nostro Praeposito Generali, & causas ob quas S. Ignatius eum recipere noluit, iisdem dixit ab utroque mihi narratas. Hoc ab utroque eorum audiui, primùm à R.P. Bellarmino anno 1596. dum esset Rector meus in Collegio Romano, deinde anno 1630. à R.P. Mutio, qui mihi hac de re scribenti dixit, fere centies hoc ex ore S. Philippi se audiuisse. Ut ergo huius rei memoria extaret in Archiuo Societatis, postea impetraui à R.P. Mutio, ut hac de re scriptum testimonium suum relinqueret, ad perpetuam rei memoriam. Reliquit, scriptum Anno 1636. 28. Iulij, cuius aliud exemplum authenticum Româ mihi missum, diligenter conseruo.

Plura hac de re legere poteritis libr. 2. toto Opusculi mei de praestantia Institutu Societatis. Porro non vos deterreat ab amplectendâ Societate multitudo contra eam loquentium iniqua. Gloriamur enim in Domino, quod Societatem nostram conseruet similem in hoc Filio suo factio in signum cui contradicitur, ut Simeon praedixit, & ad normam Apostolicæ primitiuae Ecclesiae sanctimoniam florentissimam, cui ubique contradicebatur. Act. 28. 22. *Quem enim diligit Deus corripit, & quasi Pater in Filio complacet sibi.* Proverb. 3. 12. & permittit daemones per homines nos infestare. Nam, ut ait B. Laurentius Iustinianus, *demon, virtutum viros aliter atque aliter impugnat, nunc malorum animos commouet, nunc bonorum etiam sub boni zelo irritat contra illos: sitq; diuinâ dispensante clementia plerumque, ut iste sit confusus confusus, ut neque qui impugnat, neque qui infestus est, mysterium iniquitatis agnoscat.* Et, ut docuit S. Chrysostomus, *Fieri non potest, ut qui virtutibus dediti sunt, ab omnibus audiant benè semper: & illud praeterea, ne virtutis curam agentibus viris, multi ubique detractores insurgant. Bona enim apud omnes fama, signum certè vel maximum est, haud multum virtutis haberi rationem. Quomodo enim à cunctis laudatur, si quis affectos iniuriâ homines ab improbis eripere studeat? Rursus verò, si peccatores castigare, iustos laudare velit, ut par est, laudabit hos quidem, vituperabit illos; ita qui virtutis exquisitus imitator esse voluerit, nec vilius praeterea nisi Dei laudem querere, is ab omnibus laudari, & benè semper audire, nullo modo poterit. Quippe in virtutem multa vitij congelascent insania. Vit daemone tot animarum conuersio ab infidelitate & haeresi ad veram fidem, à vita improba ad bonam, per Societatem nostram, Dei beneficio, facta, ob quam Respublicæ haeretica, quae patiuntur alios, nos solos, vel non admittunt, vel olim admissos, exclusos volunt. Ideo, ut obseruauit S. Chrysostomus ponderans*

illa verba Apostoli: *Ostium mihi apertum est magnum, & aduersarij multi. Si magnum, inquit, ostium, quomodo aduersarij? Et paulo post respondet: Quod multi aded reluctentur, indicium est Evangelicae victoriae. Nusquam enim nocentissimus ille aduersarius irritatur grauius, quam cum suorum instrumentorum multa sibi eripi videt. Aduersus eos autem, qui humilia & leuia operantur, nihil inuehitur lethalis illa bestia. Hoc ipsum sanctae memoriae Paulus V. Romanus Pontifex, in Bullâ, quâ Societatis Iesu Institutum, Constitutiones, Regulas, Ordinationes omnes, & statuta ac indulta, Facultates, Priuilegiaque Societatis confirmat, motu proprio & ex certâ scientiâ, & de Apostolica potestatis plenitudine, & nostrorum aduersariorum machinationes dissipat, sic suum Apostolicum Diploma orditur: *Quantum Religio Societatis Iesu in Ecclesia, ad fides, pietatis, & religionis augmentum profecerit, & in dies magis proficiat; nos ipsi scimus, & Christiana Respublica nouit vniuersa. Propterea illam diuersimode perturbare, ac in capto retardare malis artibus humani generis hostio quotidie nititur. Et statim testatur Societatem, in suo laudabili proposito permanere, & sui Institutu puritatem ac pristinum nitorem retinere. Nam, ut verè scripsit Excellentissimus S.R. Imp. Princeps, Dux in Olyka & Niesuiez Cancellarius M.D. Lithuaniae, Albertus Stanislaus Radiuilius, antiquae pietatis & sapientiae Heros, & S. Ecclesiae inexpugnabilis Defensor, ac bonorum omnium Patronus: Mensis Iulius copiosam messem adultæ segete declinantis saeculi, per Ignatium Loiolam Societatis Iesu Parentem collegit, qui tam vetus quam recens zizaniam à Luthero & Caluino proseminatam euellere nititur. Christi, ac Ecclesiae agrum lolio ac tribulis expurgare. Viget Religio, ab ipso fundata, incorruptione morum, integerrima sanctitatis speculum politissimum, iuuentuti excolenda ac erudienda addita, pro gloria Summi Numinis (quod vnicui in votis semper fuerat Ignatio) spiritualium bonorum incrementis, Ecclesiae horreum locupletans. Nec immerito veste nigra hac dilecta Iesu Societas tegitur: Excipit nimirum liuida ictus inuidiae, maleuolorumq; persecutionibus impetitur, absque vllâ integritatis ingenie iacturâ. Ipse sese denigrant aduersarij, suisq; seclis conficiunt immeriti scelerum facultie. Potest liberè illud sapientissimi Regum Societas vsurpare effatum: *Nigra sum sed formosa;* etiam fructuosa, & caelo & Ecclesiae, & orbi vniuerso, laboriosa meritis, formidolosa hostibus. Denique praclarum est illud dictum S. Teresiae, multa, etiam à bonis viris passae: *Semper obseruatum est, eos, qui Christa Domino viciniores & propinquiores suere, plus aliis, laboribus & aduersis lancinatos & diuexatos fuisse. Et certissimum est, per viam difficultatis ac laborum à Deo conuolui eos, quos multum diligit; & quod magis eos diligit, ed etiam per grauiores difficultates eos conuolui.***

Soletur vos id, quod scripsit S. Isidorus Pelusiota S. Chrysostomi discipulus: *Quemadmodum Apostoli fortitudine animiq; magnitudine septi,*

Becchi in Vita S. Ph. 1.3. cap. 4. n. 11. Galton. A. 1741. p. 25. Ang. Mâ. nus c. 1. 61. Selectae hiltot.

Lac. 1. 34

de inter. capit. c. 6.

hom. de vit. & vit.

hom. 43. in 1. Cor.

An. 1606.

Cant. 1.

Cast. Manf. 7. cap. 4.

1. 1. ep. 54.

H. diuino.

diuinoq; auxilio instructi atque animati, tot bellis exagitati, ex certaminum causa satis amplam consolationem capiebant (non enim sua, sed Dominica gloria causa ea patiebantur, qua patiebantur) ac proinde non inuidia qua proborum virorum successibus discrucari solet, eos laesi, eodem modo nos quoque, cum non ob improbitatem nostram, sed pietatis ac iustitiae causa, malo aliquo afficimur, animo consternari minimè debemus. Nobis enim etiam ante futuras coronas, certaminum causa sufficit. Et, semper in talibus occasionibus criminationum contra te vel nos sparsarum, praemunit te praecelara illa sententia S. Cypriani Martyris, quam scripsit Antoniano, defendens S. Cornelium Papam calumniis impetum: Quod quaedam de illo inhonesta & maligna iactantur nolo miseris: cum scias hoc opus esse semper diaboli, ut seruos Dei, mendacio laceret, & opinionibus falsi gloriosum nomen infamet. Ut qui conscientiae sua luce clarescunt, alienis rumoribus sordidantur.

epist. 52.

c. 147. dialog.

Permittit ista contra Societatem nostram Deus, ob eius & aliorum bonum. Nam, ut dixit Deus Pater S. Catharinae Senensis: *Ut fructus vesper quotidie crescat, ego proinde purgo vos varijs tribulationibus, iniurijs, derisionibus, insanijs, contumelijs, & improprietis, in dictis & in factis, sicut mea bonitati concedere placet vnicuique, prout video portare posse. Quia tribulatio, signum est aperte demonstratiuum, quod in anima charitas est omnino perfecta, si cum dulci patientia tribulatio toleretur.*

Hoc quoque excitet vos, qui vocamini à Deo ad Societatem nostram; eam ut generose amplectamini, quod certò nobis constet, ut praeteream alia, ex Bruxellensi Processu pro Sancti Fundatoris nostri Canonizatione, Pauli V. auctoritate formato, praedictum esse propheticè à S. Ignatio, nostrum Ordinem non tantum primaevum religiosi spiritus perpetuò in se conservaturum vigorem, verum etiam, posterioribus temporibus, homines habiturum, maiore quam primi fuerint perfectione praestantes. Hoc ipsum, alij testimonijs omni exceptione maioribus confirmatum, tanquam ex ore S. P. N. Ignatij auditum, habemus, & diligenter conservamus: & nostri historici ac rerum nostrae Societatis periti, & in Societatis Archivijs versati, optimè sciunt esse verissimum, etiam his nostris temporibus, & hoc secundo saeculo Societatis: etsi secularibus & alijs haec ignota sint, quia sub tuba cantu & tympanorum sonitu, res huiusmodi nostras, ante tempus non propalamus. Suo tempore, pro solius Dei gloria, vulgabantur his similia.

fol. 18. Respons. ad 52. Interrog.

Haec habui, quae ad Religiosorum Ordines florentes in multis Italiae, Hispaniae, Galliae, Germaniae, Poloniae, ac Lithuaniae locis adferri in medium, pro eorum commendatione. Alios non recensere, vitae sanctimoniam, & meritum erga S. Ecclesiam claros, tum quia non sunt in supradictis Regnis & Nationibus ita frequentes, tum quia pro Septentrionalibus Provincijs potissimum, hoc Opusculum scribo. In

quo vel nulla vel paucissima sunt aliorum Religiosorum Domicilia, in quibus etiam, quibus ad illa diuinitus vocatus, tutò potest se diuino consecrare obsequio, tanquam in Domicilijs Dei, Deo acceptissimis ob studia virtutum & magna commoda quae S. Ecclesia percipit, ex pijs & indefessis eorum laboribus. Talis est Religiosissima Congregatio S. Pauli, dicta Barnabitarum, notae in Italia pietatis; & Congregatio Clericorum Regularium, quos Theatinos vocant, sic à praecipuo eorum Fundatore Episcopo Theatino, & postea Romano Pontifice Paulo IV. appellata, cum B. Caietano Tienae, alijque focis vitae sanctitate illustribus instituta, valde Ecclesiae utilis, & in Italiae praecipuis urbibus florens, rebus vbiq; praecelare gestis, & magnam Dei gloriam promouentibus illustrissima. Quibus annumeranda est Religio S. Pauli, Primi Eremitae, florens in Vngaria, & Dalmatia; nec non maiore & minore Poloniae cui D. Iesus praeter ceteris Ordinibus custodiendam & honorandam Oestochoniae concredidit imaginem Beatissimae Virginis Mariae, quotidianis, usque maximis, miraculis celebrem, & maximo omnium Ordinum concursu ac pietate honoratam.

De Reformatis autem quibusdam Ordinibus, nihil hic peculiare scripsi; tum quia nihil peculiare de illis, ex historicis eorum, quibus careo, rescire potui, tum quia quae de iisdem Ordinibus antiquioribus, supra à me relata sunt, iis quoque abundè conueniunt: reformatio autem noua adiuncta, est instar pretiosae gemmae anulo aureo pulcherrimo antiquae obseruantiae regularis inserta, quae illos illustriores reddit, & dignos, quorum Institutum ij amplectantur, qui ad illud diuinitus vocantur.

Recensui itaque praecipuos Religiosorum Ordines, quos quibus securè, vocatus à Deo, eligere poterit; uti & alios, in S. Ecclesia Deo seruientes, etsi hinc à me ob causam paulò antè aliam non commemoratos. Omnibus enim eiusmodi Ordinibus, ut loquitur S. Bernardus, tam multis, & tam dissimilibus S. Ecclesia variatur. Vt pote Regina, qua in Psalmo legitur, circumdata varietatibus. Sed, ut idem mellissimus Doctor addit, nulla securè quies, nec tutus in ea status inuenietur, si vnus quilibet homo vnum quemlibet Ordinem eligens, alios aliter viuentes, aut se ab ipsis sperni suspicetur: praesertim, cum tenere impossibile sit, vel vnum hominem omnes Ordines, vel vnum Ordinem omnes homines. Notissima quippe est tunica Ioseph, quia polymita, id est, pulcherrima varietate distincta, sed vna. Nam etsi ex pluribus, & diuersis, vna est, columba mea, formosa mea, perfecta mea: simul omnes sumus illa vna, si tamen solliciti sumus seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Nisi forte, (quod absit) inuicem inuidemes, inuicem prouocantes, inuicem mordeamus, & ab inuicem consumamur, & sic non possit nos Apostolus vni illi viro, cui respondit, virginem castam exhibere Christo. Verum-

259.

Apol. ad

Guliel.

Abb. co. 3.

psal. 44.

Gen. 37.

Caut. 6.

Ephes. 3.

2. Cor. 11.

Verum-

Verumtamen illa vna dicit in Canticis: Ordinavit in me charitatem, ut est in charitate, diuisa tamen sit in Ordinatione, (id est, Instituto, ac Regulis, ac caeremoniis sanctè à diuersis Fundatoribus ordinatis.) Quid ergo? Cisterciensis sum: damno igitur Cluniacensis: Absit: sed diligo, sed prædico, sed magnifico. Cur ergo, inquit, Ordinem illum non tenes, si sic laudas? Audi, propter hoc, quod Apostolus ait: Vnusquisque in eâ vocatione, in qua vocatus est, permaneat. Quid si queris: Cur & à principio non elegerim, si talem sciebam? Respondeo, propter id, quod rursus ait Apostolus: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

Non, quod scilicet Ordo sanctus, & iustus non sit, sed quia ego carnalis eram, venundatus sub peccato, & talem animam meam languorem sentiebam, & fortioribus fortiora, &c. Laudo omnes, & diligo, vbiunque piè & iuste viuunt, in Ecclesiâ. Vnum opere teneo, ceteros charitate. Faciet autem charitas (fidenter loquor) vt ne illorum quidem fructu frauder, quorum instituta non sequor. Plus aliquid dicam: Tu tibi caute age. Potest namque fieri, quia frustra tu laboraueris; in Ordine, quem præfers aliis, alios despiciens, vt autem ego frustra diligam bonum, quod operaris, fieri omnino non potest. O quanta fiducia charitatis. Alius operatur non amans, & alius amat nihil operans: (eorum quæ peculiaris sunt in aliquo Ordine) Ille tamen suum opus perdit, huius verò charitas nunquam excidit. &c. Sicut itaque in domo Patris mei (id est, cælo) multa mansiones sunt, in vna domo; ita hic multi Ordines sunt in Ecclesiâ vna: & quomodo hic diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus; ita ibi distinctiones quidem gratiarum, sed vna dominus. Porro vnitas tam hic, quam ibi vna, consistit in vna charitate: diuersitas autem hic quidem in Ordinum, vel operationum multifaria diuisione, illic verò in quadam meritum notissimâ, sed & ordinatissimâ distinctione. &c. Inelligens denique Ecclesiâ hanc suam quodammodo discordem concordiam, concordemque discordiam: Deduxit me, inquit, super semitas iustitiæ propter nomen suum. Ponens quippe semitas pluraliter, & iustitiâ singulariter, nec diuersitatem prætermisit operationum, nec vnitatem operantium; &c. Non igitur vna tantum semitâ inceditur, quia nec vna est mansio, quò tenditur. Viderit autem quisque quacunque incedat, ne pro diuersitate semitarum ab vna iustitiâ recedat, quoniam ad quamlibet mansionem suâ quisque semitâ peruenit, ab vna domo Patris exors non erit. Verumtamen, vt stella à stella differit in claritate; sic erit, ait, & resurrectio mortuorum. Nam etsi fulgebunt iusti, sicut sol in Regno Patris eorum, alij tamen aliis amplius, pro diuersitate (non Religionum) sed pro diuersitate meritum. Que sanè merita sciendum non sic in hoc seculo, vt in illo facili ab homine posse discerni: (ex pallio nostro, vel ex capiteo alieno) quippe cum hic tantum opera videntur, illic etiam corda nihil impediât intueri, siquidem radiante vbiq; sole iustitiæ, tunc manifesta erunt abscondita cordium. Et sicut non est, nunc, qui se abscondat à calore eius; ita tunc non erit, qui se occultet

à splendore ipsius. Et de operibus quidem sæpè incerta, & ob hoc periculosa sententiâ fertur. (cum alij, tanquam minus perfecti, minus obseruantes iudicantur temerè) cùm multoties minus iustitiæ, qui magis operantur: (scilicet, superbè de suâ perfectione vitæ præsumentes, & aliis se antepontes, mente, & quod peius est, etiam sermone: quod corda humilia, & Christi charitate plena non faciunt) vera enim humilitas, inquit S. Chrysostomus, est quando cedimus iis, qui nobis videntur esse minores, & eos veneramur, qui nobis videntur magis indigni, quam nos. Scire cupis, inquit idem alio in loco, quis verè sit humilis: Paulum aspicite, & qui verè humilis erat, proinde dicebat: Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus. Hoc enim verè humilitas est, in omnibus seipsum abicere (mente) ac se minimum appellare (ore) non tantum coram iis, à quibus nolitis pro superbo haberi, & te præferente aliis; sed etiam coram tuis confidentibus, quorum gratiam, fauorem, pecuniæque queris, nulli tuum anteponendo Ordinem, & tuos Confratres, ac Socios. Humilitas est, quemadmodum docuit S. Basilius; cùm quis ceteros omnes seipso superiores existimat, ex præscripto Apostoli, qui his verbis alloquitur Philippenses: Implete gaudium meum, vt idem sapiatis, nihil per contentionem, nihil per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitantes. Et vt dixit B. Angela de Fulgino Vit. c. 18. n. 216. aliàs c. 63. Verè Saluator mundi humilitatem & cordis mansuetudinem pro fundamento & radice posuit omnium virtutum. Quia nec abstinentia, nec ieiunij asperitas, nec paupertas, nec vilitas vestimenti, nec virtuositas in apparentiâ habere opera, nec miracula facere, aliquid est sine cordis humilitate.

Deinde etiam charitas id exegit. Charitas enim, vt ait Apostolus, non amulatur (id est, vt bene exponit hunc locum Guilielmus Elgus, non inuidet iis, qui commendantur, & magni fiunt ab aliis, & prosperos successus aliorum) non agit perperam, (id est, vt Theodoretus explicat, non scrutatur curiosè res alienas, vel, vt habet Syra versio, non tumultuatur, id est, non turbas, & motus ciet) non inflatur, (id est, non extollit se superbè supra alios, aut alios infra se despicit) non est ambitiosa, id est, appetens honorem, quod vitium, ait S. Thomas, est principalis superbiæ filia, dum quis affectat opinionem solidioris doctrine, sanctitatis, discretionis spirituum, melioris institutionis in spiritu aliorum) non irritatur (id est, non facili concitatur ad iram, sed tolerans est iniuriarum,) non cogitat malum, (non reputat, aut imputat malum, scilicet, iudicando alios tanquam imperfectos, vel minus perfectos in genere, vel in aliqua particulari virtute, vel, quod peius est, malos, superbos, delicatos appellando) non gaudet super iniquitate (id est, non gaudet, si quis afficiatur iniuriâ, aut iniustum quid patiat ab aliis, quin potius dolet, ac tristatur de eius malo, prout alibi præcipit idem Apostolus: Flere cum stentibus.



Quocirca Adolefcens, qui hæc leges, non dubites tali tuum dare nomen Ordini, cum quo diu conuerfando, agnoueris in eo vigere feriam humilitatem, omnes alios magnificantem, nullum condemnantem, nulli detrahentem, nulli fe anteponentem, & tali charitate præditum, qualem hic defcripfit Apoftolus. Ordo enim talis, Deo charus, & fanctus eft, in quo folida viget humilitas, & charitas, etiam erga aduerfarios fuos. *Humilitas enim eft fundamentum fanctitatis*, vt docet S. Cyprianus & S. Thomas. Quod fundamentum fi nutet, inquit S. Bernardus, *illa virtutum aggregatio non nifi ruina eft*. Et, vt Deus Pater dixit S. Catharinae Senenfis: *Humilitas eft præcipua nutrix, & baula charitatis*. Et, vt Chriftus Dominus dixit S. Brigittæ, *introducitur Deum in cor*. Et, vt quidam ex SS. Patribus afferunt, *Omnis labor Monachi fine humilitate vanus eft*. *Humilitas enim eft præcurfor charitatis, ficut Ioannes erat Præcurfor Iefu, omnes trahens ad eum, ita & humilitas attrahit ad charitatem: id eft, ad ipfum Deum, quia Deus eft charitas*. Vbi autem Deus eft, ibi fanctitas eft, ibi virtutes omnes, fanctum, & perfectum hominem facientes, infunt; ibi abundantiffima gratiæ diuinæ auxilia, per quæ virtutes comparantur, & fanctitas, adfunt. *Modus enim amplificanda gratia*, inquit S. Bafilii, *eft vis humilitatis*. Nam Deus *superbis reflitit, humilibus autem dat gratiam*, vt ait S. Iacobus Apoftolus. Quocirca meritò S. Bafiliius alibi appellauit humilitatem, *virtutum omnium concentricam, quam bonorum fequitur veluti quoddam examen*. Quod præftat potiffimum humilitas in ftatu Religiofo paupere, & fe abiciente. Benè fi quidem S. P. N. Ignatius fcripfit: *per humilitatem cum paupertate, & abiectioe fui, virtutes ftatim omnes introduci*.

Quocirca in tali Ordine Deo te confecra, in quo per humilitatem veram verbis & factis demonftratam, nec verbis & factis arrogantiam interiorem, & aliorum contemptum prodentem, poſſis aſſequi virtutes omnes (hoc enim per ingreſſum in Domicilium, & ftatum Religioſum prætendi debet) & ipſam charitatem, quæ, vt ait S. Leo, & S. Gregorius Papa, & docuit Deus Pater S. Cathar. Senonſem, *eft mater virtutum omnium*. Et Chriſto Domino teſte, eſt certum ſignum verorum Diſcipulorum eius, hoc eſt, Chriſti ſcholæ, ſeu Collegij: *In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem*: talem procul dubio, qualem paulò antè vidimus deſcriptam à Paulo Apoftolo. *Præclarum ſymbolum Diſcipulorum Chriſti*, inquit Eſtius, hunc locum explicans: *Diſcipuli Ioannis agnoſcebantur ex ieiuniis, & vita aſteritate: diſcipuli Phariſæorum ex reſtitis genere, & variis corporalibus obſeruantis, Philoſophorum diſcipuli ex certis quibuſdam placitis, & opinionibus: At diſcipuli Chriſti, potiffimum agnoſcuntur ex ſymbolo dilectionis mutua. Hinc igitur patet, eos diſcipulos Chriſti non eſſe, qui hoc ſymbolo*

deſtituti ſunt. Nam tametsi dici poſſint. Diſcipuli Profeſſione, non tamen ſunt Diſcipuli executione eius doctrine, quam ſequendam ſuſceperunt. Hæc doctiffimus Eſtius, ſplendor Academiae Duaceniſis celeberrima. Quod ſi ad talem charitatem accedat ſermo benè loquens de omnibus, omnes laudans, omnes magnificans, nulli detrahens, ibi ne dubites reſidere Deum, & diuinam eſſe Religionem. *Ex abundantia enim cordis, os loquitur*, vt ait Chriſtus Dominus. *Eſt enim os cordis oſtium*, inquit B. Laurentius Iuſtinianus, *per quod egreditur, quod intus clauſum tenetur*. Sicut & contrariò os detrahens aliis, cor charitate vacuum indicat. Hinc Spiritus ſanctus per S. Iacobum Apoftolum præmonuit, *ſi quis putat ſe Religioſum eſſe, non refranans linguam ſuam* (ſcilicet, à contentioniſ, obreſtationibus, inquit hunc locum explanans Eſtius, *maledictis*) *huius vana eſt Religio*. *Quamuis enim, inquit idem, profeſſione, ac ſorte reipſa Chriſtianus ſit, & Dei cultor: inutilis tamen ei reddatur ille cultus, qualis ſunque quem Deo exhibere videtur, ed quod Deum, quem colit, iſtiusmodi peccatis inſenſum ſibi reddat*.

Quocirca ne dubites tali te aggregare Ordini, in quo deprehenderis humilitatem, & charitatem Apoſtolicam vigere, & operibus, & ſermonibus vtramque virtutem redolentibus, comprobata. Ordinem autem talem amplecti debes, nullum alium mente contemnendo, nullum ore improbandum, ſed ne te decipiat ſimulata & ficta humilitatis ſpecies, examina illam iuxta monitum datum à S. Hieronymo, vel à S. Paulino Epiſcopo Nolano. (vtrique enim adſcribitur hæc epiſtola) *Humilitatem ſequere, non que oſtenditur atque ſimulatur geſtu corporis, aut fracta voce verborum, ſed qua puro affectu cordis exprimitur*.

Ego fanè, quamuis fuerim in meâ adoleſcentiâ, Patrum Societatis Ieſu, nullo eorum merito, (vt ita dicam) hoſtis: ideo quæ, eo ſolo fine dederim litteris operam, & vix 14. ætatis annum agens, præter Latinam, priuato ſtudio, linguam Græcam, & prima rudimenta Hebrææ didicim, vt poſſem libris edendis acriter leſuſitas exſolos impetere, tamen in familiari ac diuturno cum eis conuictu, viſâ & veluti manibus palpatâ, eximiâ eorum charitate & concordia, ac non fucata deuotione & pietate, nec non benè de alijs Ordinibus ſentienti & loquendi more, aliſque ſincerè commendandi, ſua non iactandi, nullique ſe antepoſcendi conſuetudine; modeſtiâ verò rarâ in omnibus; & puritate quadam Angelicâ, mores & conuerſationem eorum condiente: ac vitâ ab omni proſus ſcandalo & nâuo immunis: conſiderato quoque meliorum tam ſecularium quam regularium, & perſonarum ſanctarum, erga illos amore & obſeruantia: improborum verò ac diſſolutorum auerſione ab illis & maledicentiâ: & tepidorum inter illos, ac fratrum, vt ait Apoſto-

c. Ser. de Chriſti Natiu. Th. 2. 2. q. 16. r. 5. ad 2. l. 5. de cõ. dial. c. 4. l. 6. Reu. cap. 65. Ruff. l. 3. num. 12. 6. Paſch. c. 13. num. 7. Roſv. p. 518.

or. 28.

Iac. 4. 6. S. de abdic. ter.

de 2. ve. xill. 2. par. 3. puncto.

Leo. S. S. Epiphan. Gr. 3. p. paſt. adm. 10. Car. dial. cap. 154. Io. 13. 35.

in Com. mentario.

Luc. 6. 45. Falcic. amor. c. 11.

Iac. 2. 6.

ep. 14. ad Celantiã.

lus falorum, religioſa diſciplinæ iugum excu-
 tentium imperſecerantiâ, illorum verò in tot
 iniquis criminationibus & perfectionibus in-
 uictâ patientiâ, & amore inimicorum: Deo cor-
 meum mutante, huic Ieſu Societati libenter ad-
 hæſi anno 17. ætatis. In quâ Societate iam 55. an-
 nis expletis, melius eam agnoſco, & magis ac
 magis indes lætor, me ſancto huic Inſtituto
 nomen dediſſe: eò conſtantiùs, quò intimiùs
 intueor, ingentes virtutum & Dei gratiarum
 theſaurus, illi diuinitùs communicatos, & per-
 petuò cœlitus effluentes ac in magnam diuinæ
 gloriæ propagationem, & bonum multiplex
 aliorum ſcaturientes, non tantùm eximiam eo-
 rum ſanctimoniam & omnimodâ ſacræ & pro-
 fanæ doctri-næ proficuos, ſed etiam cum magnis
 erga S. Eccleſiam & Rempub. Chriſtianam vbi-
 que gentium meritis, coniunctos: & quidem
 nullis humanis aut politiciſ artificijs, & affecta-
 tis oſtentationibus, ac ſimulatâ pietatis ſpecie,
 coloratos: verùm primæuo Apoſtolicò ſpiri-
 tu, & ſincero procedendi modo ſplendentes.

CAPVT VIGESIMVM.

Quo ſine amplectendus ſit Status
 Religioſus.

261. **N**on eſt ſatis, vt qui vocatur à Deo ad ſtatum
 religioſum, eum quomodocunq; ample-
 ctatur, ſed omnino neceſſarium eſt, vt id bonâ
 intentione, hoc eſt, propter bonum finem fa-
 ciat. Magni intereſt, inquit S. Auguſtinus, cum ali-
 quid boni facimus, cuius rei contemplatione faciamus:
 officium quippe noſtrum non inuitio, ſed ſine penſandum
 eſt: vt ſcilicet, non tantùm ſi bonum eſt, ſed præcipuè ſi
 bonum eſt id, propter quod facimus, cogitemus. Finis
 ergo propter quem aliquis vult renuntiare ſe-
 culo, & Religionem ingredi, debet eſſe bonus.
 Bonus autem erit, ſi erit conformis alicui ex il-
 lis finiſibus, ob quos à Deo ſunt inſtituti in S. Ec-
 cleſia varij Religioſorum Ordines.

Porro duplices ſunt fines, ob quos ſunt à
 Deo inſtituti Ordines Religioſorum, alij com-
 munes omnibus; alij proprii cuiuſque Ordinis.
 262. **Primus finis** communis omnibus Religioſis
 Ordinibus eſt, vt in ſtatu Religioſo, eum am-
 plexus, certa euadat pericula ſalutis, quæ ſecum
 adfert ſtatus ſecularis. Cum enim, vt ait Spiri-
 tus S. Totus mundus in maligno poſitus ſit: Et idem
 alio in loco præmonuerit; Nolite diligere mun-
 dum, neque ea quæ in mundo ſunt: Si quis diligit mun-
 dum, non eſt charitas Patris in eo, quoniam omne quod
 eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcen-
 tia oculorum, & ſuperbia vitæ. Et cum per Apoſto-
 lum dicat idem Spiritus S. Qui volunt diuites fieri
 incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & de-
 ſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines
 in interitum & perditionem; radix enim omnium ma-
 lorum eſt cupiditas. Vt enim radix, inquit S. Tho-

mas, ſoti trunco ſuccum, vitamq; largitur, ſic per diui-
 tias homo acquirit facultatem perpetrandi quocun-
 que peccatum. Per diuitias enim Diabolus, tanquã
 per retia & laqueos, capit homines, & captos oc-
 cidit. Hinc benè ſcripſit S. Paulinus: *Tota hu-*
ius mundi figura, quæ præterit, & per oculos corda pro-
leſtat, diabolicis prætexta retibus, in qualibet ſui ſpecie
laqueus mentis & gladius eſt. Et cum etiam ipſe
 Chriſtus D. dixerit, & quidem illi, qui erat in
 ſtatu ſalutis, adoleſcenti diuiti caſto, *quoniam*
omnia mandata Dei, cuſtodiuit à iuuentute ſua: ſi vis
perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus,
& veni, ſequere me: & cum is id nollet exequi,
 Chriſtus adiunxit: *Amen, Amen dico vobis, quia*
diues difficile intrabit in Regnum cœlorum, & facilis
eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem
intrare in Regnum Cœlorum: cum inquam, tam
 periculofus ſit ſtatus ſecularis, in quo nullus
 manet, qui nollet eſſe diues, meritò qui volunt
 euadere pericula ſalutis, ſtatum ſecularem (vt
 ſiant Religioſi) deſerunt, in quo paucos ſaluari
 ſuprà oſtenſum eſt c. 2. n. 12. & 13.

263. **Secundus finis** omnium Religioſorum Ordi-
 num communis eſt, vt non tantùm ſint ſine pe-
 riculo ſalutis, ſed ſecuri de ſua ſalute, & vitâ æ-
 ternâ conſequendâ in ſtatu Religioſo, ſi in eo
 iuxta eius leges vixerint, quas (ſublatis impedi-
 mentis & ocaſionibus ac periculis peccato-
 rum, quibus in ſtatu ſeculari viuendo, carere
 non poſſunt) facile in ſtatu Religioſo ſeruare
 poſſunt, tam multis Diuinis auxilijs freti, ſuprà
 commemoratis, c. 5. 6. n. 43. & ſeqq. & 70. & ſeq.

Habent enim Religioſi Æternæ Veritatis
 claram aſſecurationem, non per viſiones & re-
 uelationes personales, quæ multis illuſionibus
 ſunt obnoxie, ſed in ſacro Euangelio bis inſcri-
 ptam Deo ipſo reuelante, qui Euangelia dēta-
 uit: *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel ſo-*
rores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios,
aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, &
vitam æternam poſſidebit. Quid clariùs; quid ſecu-
 riùs? *Impoſſibile eſt mentiri Deum,* inquit S. Chry-
 ſoſtomus, *promiſit autem ille vitam æternam iſta re-*
linquentibus. Reliquiſti tu omnia iſta & abieciſti; quid
igitur prohibet de huiusmodi conſidere promiſſione &
eſſe ſecurum?

264. **Tertius finis** Religioſorum Ordinum commu-
 nis eſt, vt ſatisfaciant Deo pro peccatis in ſeculo
 commiſſis, Nam, vt docet S. Thomas 2. 2. q.
 189. a. 3. ad 3. *Si aliquibus elemoſynis factis, homo po-*
teſt ſtatim ſatisfacere pro peccatis ſuis, ſecundum illud
Dan. 4. Peccata tua elemoſynis redime, multò magis
in ſatisfactione pro omnibus peccatis ſufficit, quod ali-
quis ſe totaliter Diuinis obſequijs mancipet, per reli-
gionis ingreſſum: quæ excedit omne genus ſatisfactio-
nis, etiam publica penitentia: vt habetur in Decretis,
trigeſimâ tertîâ, quaſtione ſecunda, canone, Admone-
re, ſiue enim peccata mortalia in ſeculari ſtatu
commiſſa ſint, ſiue ſola venialia, ad ſatisfacien-
dum pro vtriuſque ſtatu Religioſus eſt vtilior
 longè,